

OPERA OMNIA DESIDERII ERASMI

OPERA OMNIA
DESIDERII ERASMI
ROTTERODAMI

RECOGNITA ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVCTA
NOTISQVE ILLVSTRATA

ORDINIS SECVNDI TOMVS SEXTVS



MCMLXXXI
NORTH-HOLLAND PUBLISHING COMPANY
AMSTERDAM - OXFORD

Sous le patronage de
L'UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE
ET DE L'ACADÉMIE ROYALE NÉERLANDAISE DES SCIENCES
ET DES SCIENCES HUMAINES

© 1981 North-Holland Publishing Company

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, stored in a retrieval system, or transmitted, in any form or by any means, electronic, mechanical, photocopying, recording or otherwise, without the prior permission of the copyright owner.

Library of Congress Catalog Card Number: 71 89942

ISBN: – Tomus II, 5 : 0 444 86189 0
– Tomus II, 6 : 0 444 86190 4
– Set : 0 444 86191 2

A la demande du Comité de Rédaction MM. C.M. Bruehl et C. Reedijk ont accepté d'assurer la révision de ce volume avec l'accord de MM. F. Heinimann et E. Kienzle.

CONSEIL INTERNATIONAL POUR L'ÉDITION DES ŒUVRES
COMPLÈTES D'ÉRASME

J.N. BAKHUIZEN VAN DEN BRINK, Leyde, *Président d'honneur*; S. DRESDEN, Leyde, *Président*;
L.-E. HALKIN, Liège, *Vice-président*; C. REEDIJK, La Haye, *Secrétaire-général*; C.M. BRUEHL,
Amsterdam, *Secrétaire*; C. AUGUSTIJN, Amsterdam; CH. BÈNÉ, Grenoble; V. BRANCA, Venise;
Mme M. CYTOWSKA, Varsovie; E. VAN GULIK, Oegstgeest; F. HEINIMANN, Bâle; O. HERDING,
Freiburg i. Br.; J.-C. MARGOLIN, Paris-Tours; CHR. ROBINSON, Oxford; C.R. THOMPSON,
Philadelphia, Pa.; CHR. VISCHER, Bâle; A.G. WEILER, Nimègue

COMITÉ DE RÉDACTION

C.M. BRUEHL, Amsterdam, *Secrétaire*; J. DOMAŃSKI, Varsovie; S. DRESDEN, Leyde; L.-E. HALKIN,
Liège; C.L. HEESAKKERS, Leyde; H. J. DE JONGE, Leyde; C. REEDIJK, La Haye, *Secrétaire-général*;
J. TRAPMAN, La Haye, *Secrétaire-adjoint*; J.H. WASZINK, Leyde

SECRETARIAT DU CONSEIL

N.Z. Voorburgwal 120-126, Postbus 3645, Amsterdam, Pays-Bas

Les membres néerlandais du Conseil International sont chargés, avec le secrétariat, de la gestion des affaires courantes.

Printed in the Netherlands bij Casparie, Amsterdam

IN HOC VOLVMINE CONTINETVR
ADAGIORVM CHILIAS TERTIA

edd. Felix Heinimann et Emanuel Kienzle

PARS ALTERA

CENTVRIA VI	347
CENTVRIA VII	395
CENTVRIA VIII	481
CENTVRIA IX	517
CENTVRIA X	551
ABKÜRZUNGSVERZEICHNIS	589
KONKORDANZ DER ADAGIENNUMMERN	603
INDEX ADAGIORVM LATINORVM	613
INDEX ADAGIORVM GRAECORVM	629
INDEX NOMINVM	643

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA VI

[A]

PRIUSQVAM SORTIARIS, COMMVNIA DEVORAS

2501

Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεσθίεις, id est *Priusquam sortitio facta sit, communia deuoras*. In eum competit, qui non expectata partitione rem inuadit. Ductam
 5 metaphoram indicat Suidas a conuiuuis, in quibus antiquitus mos erat e cibis suam cuique portionem distribuere, quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet conicere, apud quem illud oppido quam frequens: Καὶ οὔτις ἐδεύετο δαιτὸς εἴσης. Deinde receptum apud nonnullos, vt citra distributionem propositis in commune cibis quisque quantum vellet sumeret. Id quod indicat Plautus:
 10 *Patinarias struit struices*. Huius rei mentionem facit et Plutarchus in Symposiacis excutiens, vtra consuetudo magis probanda videatur. Porro prouerbiū sūmptum est ex Equitibus Aristophanis:

Ἐπεὶ τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατεσθίεις, id est
Quando publica, antequam illa sortiariis, deuoras.

15 [A]

RES IN FORO NOSTRO VERTITVR

2502

Plautinus Tranio [F] in *Mustellaria* [A]: *Vbi egomet video rem verti in meo foro*. Prouerbialiter dictum pro eo, quod est: Posteaquam intelligo fortunas nostras commutari in diuersum. Traductum a mercatibus, in quibus rerum precium pro tempore saepenumero commutatur. [F] Aut certe a iudiciorum formulis et

16 *Mustellaria H I: Mustellaria F G.*

2501

3 Suid. πρὶν λαχεῖν 2293 (aus Aristoph. *Equ.* 258 und Schol. ad loc.), nicht als παροιμία bezeichnet.

4-5 In eum ... conuiuuis Nach Suid. loc. cit.

6 Hom. *Il.* I, 468; 602; II, 431; VII, 320; *Od.* XVI, 479 etc., wo jedoch immer steht οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς εἴσης. Er. scheint aus

dem Gedächtnis zu zitieren.

9 Plaut. *Men.* 102 (struices concinnat patinarias). Cf. *Adag.* 2137, l. 536 sqq.

10 Plut. *Mor.* 642 f sqq.

12 Aristoph. *Equ.* 258.

2502 *Collect.* 186. Otto 712.

16 Plaut. *Most.* 1051 (vbi ego me video venire in meo foro: Er. gibt die ältere Vulgata).

20 explicandarum litium; cui diuersum est illud: *In alieno foro litigare*. [A]
Cognatum illi: *Vti foro*, quod alibi dictum.

[A] QVODCVNQVE IN SOLVM VENIT 2503

Quodcunque in solum venit, id est: Quicquid in rerum natura producitur.
M. Tullius libro De natura deorum primo: *Hinc quodcunque in solum venit, vt*
25 *dicitur, effingis atque efficis*. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cuncta
progigni credunt, quicquid vsquam nascitur in vniuerso.

[A] QVANDO ID FIERI NON POTEST 2504

1.B 851 Nihil dici potest nec venustius nec moralius ea sententia, quae extat apud
Terentium in Andria: *Quoniam id fieri quod vis non potest, | Id velis quod possit*: Οὐ
30 *δυνάμενος ὃ θέλεις θέλῃς ὃ δύνασαι*. Plurimum decoris adiunxit ea verborum
conuersio. Qualis est in illis: *Non viuendum vt edas, sed edendum vt viuas*. Est autem
adagium hoc finitimum illi: *Δεῖ τὸ παρὸν εἶ ποιεῖν*, id est *Oportet id quod adest boni*
consulere. Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, vt *quod sis, esse velis*.

[A] QVANTVM NON MILVVS OBERRET 2505

35 *Quantum non miluus oberret*. Prouerbialis est hyperbole de homine supra modum
locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Persius:

Diues arat Curibus, quantum non miluus oberret.

Id imitatus Iuuenalis [F] satyra nona:

[A] *Tot miluis, inquit, intra tua pascua lassis.*

40 [B] Sic et apud Plutarchum tragicus quispiam:

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,

Βερέκυντα χῶρον, id est

Aruum colo bis sex dierum iter, solo

Berecynthio.

45 Plinius libro decimo octauo *latifundia* vocat, a quibus ait Italiac perniciem
inuetam fuisse; proinde veteres ita censuisse: *Satius esse minus serere et melius*
arare.

[A] CAEDIMVS INQVE VICEM PRAEBEMVS CRVRA SAGITTIS 2506

Persius satyra quarta:

50 *Caedimus inque vicem praebemus crura sagittis, id est:*

Vicissim carpinus et carpinur, ridemur et ridemus, mordemus et mordemur, laedimus et laedimur. Sumptum a militia. Ad eundem modum Horatius:

Caedimur et totidem plagis consumimus bostem.

Plutarchus in commentario De profectu cognoscendo similem adfert meta-
55 phoram de sphaera vltro citroque missa ac remissa: Καὶ πεπαύμεθα τοὺς λόγους
ὡσπερ ἰμάντας ἢ σφαίρας ἐπιδοῦμενοι πρὸς ἀλλήλους, quemadmodum alio
retulimus loco, [G] prouerbio *Sphaeram inter se reddere.*

[A]

PTOLEMAICA LIS

2507

Πτολεμαίς ἡ δίκη, id est *Ptolemaica lis*. Diogenianus indicat dici solitum in

- 29 Quoniam ... potest *D-I*: Quando id fieri non potest quod vis *A-C*; possit *A-C-G-I*: possis *D-F*. 32 ποιεῖν *G-I*: τίθεσθαι *A-F*.
41 ἄρουραν *D-I*: ἄρουαν *B-C*.
53 *Caedimur restituimus*: *Caedimus A-I*.
- 20 *illud Adag.* 1190.
21 *alibi Adag.* 92.
2503 *Collect.* 573. Otto 1671.
23 *Cic. Nat. I.* 65.
2504 *Collect.* 283. Otto 1456. Cf. *Adag.* 743 (Vt possumus, quando vt volumus non licet).
29 *Ter. Andr.* 305 sq. (quoniam non potest id fieri, quod vis). Die griechische Form stammt von *Er.*, mit fehlerhaftem θέλγς anstatt des Imperativs. Sie setzt die in den *Collect.* gegebene, 1520 bis 1526 wieder hergestellte, 1528 endgültig aufgegebene Lesart *possis* (für *possit*, cf. app. crit.) voraus, die sich in den älteren *Terenzausgaben* häufig findet, auch im Zitat *Aug. Civ. XIV*, 25.
31 *Non viuendum ... viuas Rhet. Her.* IV, 39: „Oportet esse, vt viuas, non viuere vt edas“. Weiteres bei Otto 588.
32 *illi Adag.* 3143 (Quae dantur). Cf. *Adag.* 2934 (Quod adest, boni consule).
33 *Martial. X*, 47, 12: „Quod sis esse velis nihilque malis“. 2505 *Collect.* 266. Otto 1116.
35 *Pers.* 4, 26 (*miluus errat: miluus oberret* die Drucke des 15. Jh.) und *Schol. ad loc.*: „Υπερβολικῶς ex prouerbio tantam dicit regionem, quantam volans miluus circumire non possit.“
38 *Iuv.* 9, 55 (*miluos ... lassos*, so auch in den Ausgaben *Ven.* 1483 und 1494).
40 *tragicus quispiam Aeschyl. fr.* 158 N. = fr. 278 C Mette bei *Plut. Mor.* 603 a; 778 b.
45 *Plin. Nat. XVIII*, 35.
- 2506 *Collect.* 267. Otto 279.
49 *Pers.* 4, 42 und *Schol. ad loc.*: „Allegoria a sagittariis ... Ita et nos vitam obiurgamus aliorum et alii nostram“
52 *Hor. Epist.* II, 2, 97 (*Caedimur* haben auch die alten Ausgaben; das falsche *Caedimus* ist schon in den *Collectanea* aus dem vorausgehenden *Persiusvers* eingedrungen).
54 *Plut. Mor.* 80 b. Cf. *Adag.* 2099, n.l. 964.
56-57 *alio ... loco Adag.* 2099.
2507 Hier beginnt eine Reihe von acht Adagia (2507-2514), deren Titel mit dem Buchstaben P anfängt. Eine zweite derartige P-Reihe folgt *Adag.* 2517-2523. Daran schliessen sich von 2524 bis 2527 (ausser 2526) drei mit O beginnende Adagia an. Es folgen zwischen 2528 und 2538 der Buchstabe N mit zehn und von 2539 bis 2551 M mit ebensovielen Beispielen. Es zeigt sich also wie in der 2. Centurie (cf. zu *Adag.* 2111) der Überrest einer alphabetischen Sammlung von Adagia, die rückläufig benützt ist. Sie beginnt mit dem Buchstaben R in *Adag.* 2502 und endet mit B in *Adag.* 2598-2600. In der rückläufigen Reihenfolge des Alphabets sind sämtliche zwischen R und B liegenden Buchstaben vorhanden (ausser K). Dazu kommen am Ende der vorangehenden Centurie noch V (*Adag.* 2461-2466) und S (*Adag.* 2472; 2474-2482; 2484 sq.; 2490-2495; 2497), die den Anfang des rückläufigen Alphabets bilden (T fehlt). Im ganzen fallen in diese alphabetische Reihe innerhalb der 6. Centu-

- 60 litium auidos. Anus quaeprimus fuit Ptolemais, quae, quoad vixit, lites agitabat nec vnquam a causis agendis erat feriata.

[A]

PROVOLVITUR AD MILVIOS

2508

- Προκυλινδεῖται ἰκτῖνος, id est *Adorat miluim*. Initio veris prodeunt miluii, quare laeti tenues, quod iam hyeme sint leuati, prouoluuntur eosque velut
65 adorant. [C] Accomodari potest in eos, qui noua spe gestiunt. [A] Suidas prouerbii loco commemorat. Item Iuuenalis: *Durate atque expectate cicadas*. [H] Sumptum est autem ex Auibus Aristophanis προκυλινδεῖσθαι τοῖς ἰκτίνοις. Causam asscribit interpres in eadem docens quatuor partes anni per aues denunciari hominibus. Ver attribuit miluis.

70 [A]

PRIENENSIS IUSTITIA

2509

- Πριηνή δική, id est *Prienensis iustitia*. Suidas ostendit conuenire, cum significamus aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Prienensi sumptum, cuius integritas in iudicandis [H] agendisque [A] causis in prouerbium abiit, vt dicatur Δικάζεσθαι Βιάντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων, id est *In iudicando praestantior*
75 *Biante Prienensi*. [F] Citatur ex Hipponacte iambographo a Strabone libro Geographias decimoquarto et in vita Biantis a Diogene Laertio. [H] Etiam Demodici Lerii trochaicus:

Εἰ τύχης τίνων, δικάζου τὴν Πριηνήων δικήν, id est
Si quam agas causam, Prienes fac vti tum more agas.

- 80 Hipponactis scazon sic habet:

Αἶκα δικάζου, Βιάντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων, id est
Si qua iudicas, Biantem fac Prieneum vincas.

De Bochoris et Rhadamanthi iudicio diximus alias.

[A]

PRIMUM MARS IN FILIIS LAUDATUS EST

2510

- 85 Τὰ πρῶτα Ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπηνεῖτο, id est *Initio Mars laudabatur ob filios*. De iis, qui initio specimen aliquod indolis egregiae prae se ferunt, deinde paulatim in alios degenerant mores. Quemadmodum euenit Romanis | olim strennuis et
LB 852 Martem generis autorem virtute referentibus, post in degenerem prolapsis molliciem, vt non sine causa Iuuenalis exclamarit:

90

*Sed vnde**Haec tetigit, Gradine, tuos vrtica nepotes?*

Prouerbium refertur a Suida.

72 excellere D-I: antecellere A-C.

rie siebzig Adagia. Diese stammen vorzugsweise aus Suidas (21) und Diogenian (16). Der Rest verteilt sich auf 18 Autoren, von denen die meisten nur einmal benützt sind. Immerhin liefern Plautus 6 und Terenz 4 Beispiele, je 3 stammen aus Cicero, Horaz und Hieronymus, 2 aus Persius. Aus denselben Quellen sind die 28 Adagia mit V und S im Schlussteil der 5. Centurie entnommen, d.h. aus Autoren, die Er. schon für die *Collectanea* benützt hatte. Nur Suidas fehlte ihm damals noch. Doch muss ihm dessen Editio princeps (Mailand, 1499) schon vor der Italienreise zugänglich geworden sein. Denn alles weist darauf hin, dass hier Teile einer Sammlung vorliegen, die Er. sich noch in Frankreich, Holland oder England auf der Basis der *Collectanea* angelegt hatte. Dass er seit 1500 im Hinblick auf ein grösseres Werk weiter sammelte, bezeugt Ep. 123, l. 13 (März 1500): „Video chiliadas aliquot futuras.“ Dieses Material brachte er nach Italien mit. Bei der Neugestaltung der *Adagia* in Venedig griff er an verschiedenen Stellen des Werkes auf diese nach dem lateinischen Alphabet geordnete Sammlung zurück und vermischte die daraus entnommenen Adagia mit den in den neuen griechischen Quellen gefundenen. So stehen z.B. in der 6. Centurie die beiden Pindar-Adagia 2526 und 2552 ausserhalb der alphabetischen Ordnung. Über die Gründe, warum er für das Gesamtwerk auf die alphabetische Ordnung verzichtete, cf. zu *Adag.* 2111.

59 Diogen. 7, 53.

60-61 *Anus* ... *feriata* Nach Diogen.

2508

63 Suid. ἰκτίνος 283 (προκυλινδεῖσθαι ἰκτίνους: προκυλινδεῖσθαι ἰκτίνους Suid. ed. Mediol. 1499). Den Genetiv bei προκυλινδεῖσθαι setzt Er. wohl nach Aristot. *Hist. an.* 613 b 18, einer Stelle, die *Adag.* 2421, l. 445 zitiert ist.

63-65 *Initio* ... *adorant* Nach Suid. loc. cit.

65 Suid. loc. cit. (παροιμία).

66 Iuv. 9, 69.

67 Aristoph. *Av.* 501.

68 *interpres* Schol. Aristoph. loc. cit. spricht nur von den ἰκτίνους als Frühlingsboten und zu Vers 505 vom Kuckuck, der den Sommer ankündigt.

2509

71 Suid. δικάζεσθαι 1055. Cf. Suid. βίαν-

τος 270.

72-74 *A Biante* ... κρείσσων Nach Suid.; in *proverbium abiit* fügt Er. hinzu.

75 Hipponax fr. 73 D. bei Strab. XIV, p. 636 (καὶ δικάζεσθαι βίαντος τοῦ Περηνέως κρέσσων) und Diog. Laert. I, 84 (ἃ καὶ δικάζεσθαι ...).

77 Demodocus (Δημόδοκος Diog. Laert.) fr. 6 D. bei Diog. Laert. loc. cit. (ἦν τύχης κρίνων, δικάζου τὴν Περηνίην δίκην, so schon in der Editio princeps, Froben 1533). Die Lesart κρίνων, die P. Von der Mühl, in: *Mus. Helv.* 22 (1965), p. 179 sq. (= *Ausgewählte kleine Schriften*, Basel, 1976, p. 349 sq.) gegenüber κρίνων als die richtige erwiesen hat, zeigt, dass Er. unabhängig von der Frobenschen Ausgabe nach einer Handschrift zitiert, und zwar im gleichen Jahr, in dem die Frobeniana erschien. Die Verschlechterung εἰ statt ἦν ist wohl Flüchtigkeitsfehler; Περηνίων statt Περηνίην erklärt sich wohl daraus, dass ihm die (richtige) Form Περηνίην neben der aus Suidas übernommenen (falschen) Form Περηνίην verdächtig vorkommen musste.

Lerii Die Hss. und die Frobeniana geben ὁ Ἀλείριος, ebenso die lateinischen Übersetzungen (cf. *Adag.* 2517, n.l. 152) „Alerius“. Er. gewann seine Textverbesserung aus den in *Adag.* 1348 (*Lerii mali*) benutzten Quellen, in denen neben den Bewohnern von Leros auch Demodokos genannt ist. In den griechischen Text kam ὁ Αἰρίος durch Menagius, *Observationes in Diog. Laert.*, 1662, der sich dafür auf Er. berief.

80 *Hipponactis scazon* Der Versuch, auf Grund der bei Diog. Laert. überlieferten Form (vide supra n.l. 75) einen trochäischen Hinktetrameter herzustellen, ist misslungen.

83 *alias Adag.* 1665 (Bocchyris).

2510

85 Suid. τὰ πρῶτα Ἄρης 108. Das folgende, aus Diogen. 8, 29 entnommene Adagium lässt vermuten, dass auch hier Diogen. 8, 38 (τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιναν τρέφει) die erste Anregung gab.

85-87 *De iis* ... *mores* Nach Suid. = Diogen. loc. cit.

89 Iuv. 2, 128 (das einleitende *Sed* ist von Er. hinzugefügt).

92 Suid. loc. cit.

[A] PHRYNICHII LVCTA 2511

Τὸ Φρυνίχου πάλαισμα, id est *Phrynichi luctatio*. Diogenianus indicat dictitari
 95 suetum de iis, qui astu dolisque negotium peragunt. Fuit is Phrynichus
 Lacedaemoniorum proditor, quem vetus comoedia carbone notauit.

[A] PRO MALO CANE SVEM REPOSCIS 2512

Ἄντι κακῆς κυνὸς σὺν ἀπαιτεῖς, id est *Pro malo cane suem repossis*, id est pro re vili
 100 preciosam. Sus enim esculentus, canis haudquaquam vescus est. Refertur a
 Diogeniano.

[A] PRVDENS IN FLAMMAM MITTERE MANVM 2513

Dius Hieronymus quodam in loco prouerbium vsurpat huiusmodi: *Prudens in
 105 flammam manum immitto*, pro eo, quod est: Sciens expono me discrimini
 malisque obiicio. Sumptum videri potest ab historia Mutii Sceuolae. [B] Extat
 et apud Ciceronem.

[A] PROBA EST MATERIA, SI PROBVM ADHIBEAS ARTIFICEM 2514

A Plauto dictum [D] in Poenulo [A] non sine prouerbii specie:

Proba est materia, si probum adbibeas fabrum.

Egregia quidem indoles, si recte instituat, felix ingenium, si praeceptor
 110 contingat idoneus, aut magnificum negotium, si modo scite tractetur. Meta-
 phora notior est, quam vt sit indicanda.

[A] ILLO RESPICIENS, SED HIC REMITTE BONA 2515

Aeschylus in Ranis Aristophanis cupiens redire ad superos:

Ἐκεῖ φράσαιμ' ἄν, ἐνθαδὶ δ' οὐ βούλομαι, id est
 115 *Dicturus illic, nam hic quidem haud volo eloqui.*

Cui Bacchus ad hunc modum respondet:

Μὴ δῆτα σύ γ', ἀλλ' ἐνθαδὶ ἀνίει τὰγαθὰ, id est
Minime profecto, quin mage hic profer bona.

Interpres admonet allusum ad paroemiam

Ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τὰγαθὰ, id est
 120 *Illuc tuens, at huc remitte commoda.*

Conueniet, cum aliud prae nobis ferimus, aliud facimus, aut cum aliis
 adblandimur, in alios re beneficium conferimus. Quidam a Charitibus mutuo

sumptum existimant, quarum vna a tergo respicit et alteri munus offert
125 arridens alteri.

[A]

RANAE AQVAM

2516

Βατράχῳ ὕδωρ, id est *Ranae aquam*, subaudiendum 'ministras'. Vbi quid
exhibetur, quo vel praecipue gaudet is qui accipit, veluti si quem natura
bibacem ad bibendi certamen prouoces aut homini loquaculo narrandi
130 materiam et occasionem subministres. Diuersum ab illo: Βατράχῳ οἰνοχοεῖς.
[B] Recte accomodabitur, vbi quid datur abundantia; nam ranis affatim est
aquae. [H] Apud Athenaeum refertur hoc carmen in Syracusanos:

94 dictitari B-I: dictari A, corr. s.

98 malo B-I: mala A.

108 fabrum D-I: artificem A-C.

112 respiciens D-I: respicient A-C.

124 quarum C-I: quorum A B.

2511

94 Diogen. 8, 29.

95-96 *Fuit ... proditor* Nach Diogen. προδότης γὰρ γέγονε τῶν Λακεδαιμονίων. Die offenbar verstümmelte Notiz ist irreführend. Der Athener Phrynichos führte als Stratege vor Samos im Winter 412/411 zweideutige Verhandlungen mit dem spartanischen Flottenkommandanten (Thuc. VIII, 50), die ihm nach seiner 411 in Athen erfolgten Ermordung (Thuc. VIII, 92) als Landesverrat angelastet wurden. Th. Lenschau, *RE* s.v. Phrynichos 907 sqq.; Radermacher zu Aristoph. *Ran.* 689, p. 242.

96 *vetus comoedia* Wohl nach Suid. Φρυνίχου πάλαισμα 766, wo Aristophanes (*Ran.* 689) erwähnt ist.

carbone notauit *Adag.* 454 (Creta notare. Carbone notare).

2512

98 Diogen. 1, 89 (ἀντί κακοῦ κυνός ὄν: ἀντί κακῆς κυνός σὺν Zenob. Ald. col. 36; κακῆς ausserdem Apost. 3, 22, dort σὺν als Beischrift im cod. D. Cf. Suid. ἀντί κακοῦ κυνός σὺν 2666).

99 *vescus* Das seltene Wort („zehrend“, „abgezehrt“) verwendet Er. hier im Sinn von „essbar“ nach Serv. *Comm. Georg.* IV, 131.

2513 *Collect.* 529. Otto 671.

102 Hier. *Adv. Ruf.* II, 32, Migne *PL* 23, 475 C: „Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum“; cf. *Epist.* 54, 2, 1: „Sciens et videns in flammam mitto manum.“

104 *ab historia Mutii Scaenolae* Liv. II, 2. Val. Max. III, 3, 1.

105 Gemeint ist wohl Cic. *Att.* XVI, 15, 6: „Veniendum est igitur vel in ipsam flammam.“ Oder, wie Ther. Payr in Er., *Ausge-*

wählte Schriften, VII, Darmstadt, 1972, p. 574 vermutet, *Fam.* VI, 6, 6: „Prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus“; ähnlich *Fam.* VIII, 16, 5: „Ne te sciens prudensque eo demittas, vnde exitum vides nullum esse.“

2514 *Collect.* 213.

107 Plaut. *Poen.* 915 (proba materies data est, si probum adhibes fabrum: proba materia est si ... cod. F bei Ritschl). *Collect.* 213 gab Er. ohne Herkunftsbezeichnung „proba est materia, si probum adhibes fabrum“. Durch den Versschluss *adhibeas fabrum* entsteht 1520 daraus ein iambischer Senar. In Wirklichkeit handelt es sich um den Teil eines trochäischen Septenars.

2515

113 Aristoph. *Ran.* 1461 sq. (117 ἐνθ' ἐνδ' ἀνίει, auch Ald. 1498: Er. übernimmt ἐνθ' ἀδ' aus dem vorausgehenden Vers).

119 *Interpres* Schol. Aristoph. loc. cit. O. Crusius, *Suppl. Paroem.* V, p. 66 sqq. deutet das Sprichwort als Abwehr- und Segensspruch, der im attischen Totenkult an den eben Bestatteten gerichtet wurde.

2516 *Collect.* 308.

127 Zenob. 2, 79 = Diogen. 3, 58 = Apost. 4, 86.

127-128 *Vbi quid ... accipit* Nach *Collect.* 308; dort folgte Er. Diogen. loc. cit.

130 *ab illo* *Adag.* 1220 (Ranis vinum praeministras).

132 Athen. III, 101 d: Archestratus fr. 62, 11 Brandt, *Corp. poesis epicae Graecae ludibundae*, I (1888). Der Zusatz von 1533 (H) stört den Zusammenhang zwischen l. 131 sq. *Recite ... aquae* und dem Theokritizitat ll. 135-140.

Οἱ πίνουσι μόνον βατράχων τρόπον οὐδὲν ἔδοντες, id est
Qui absque cibo viuunt ranarum more bibentes.

135 [B] Theocritus in Ergatinis:

Εὐκτὸς ὁ τῷ βατράχῳ, παῖδες, βίος, οὐ μελεδαίνει
 Τὸν τὸ πιεῖν ἐκχεῦντα, πάρεστι γὰρ ἄφθονον αὐτῷ, id est
O pueri, ranae vita est optabilis, vt quae
Non metuat potans effundere, copia nanque
 140 *Larga subest illi. |*

LB 853 [F] Pastor taxat parsimoniam Ergodotae, quod sudantibus maligne praeberet
 potum, quum ranis in ocio viuentibus liceat bibere quantum libet. Sunt et
 hodie bibones quidam, qui sibi videntur perire siti, quod non in ipsis doliis
 habitent. [G] Huic non dissimile est illud: *Equum in planiciem*, illud autem
 145 diuersum: Ἀσπάλακκα εἰς Κορώνειαν, id est *Talpam Coroneam*. Est autem
 Coronea Boeotiae ciuitas, quae talpam non gignit, et si aliunde inferatur,
 emoritur. Ita Stephanus, quemadmodum scarabeus in loco Thraciae iuxta
 Olynthum autore Plinio.

[A]

POST BELLVM AVXILIVM

2517

150 Μετὰ τὸν πόλεμον ἢ συμμαχία, id est *Post bellum suppetiae*. Quoties serius
 adhibetur remedium. Refertur a Suida. Natum est aut certe vsurpatum a
 Diogene Cynico. De quo Laertius huiusmodi fabulam narrat: Adolescens
 quispiam iactantior nuper vxore ducta titulum huiusmodi inscripsit aedibus
 suis:

155 Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Καλλίνικος Ἡρακλῆς
 Ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσὶτω κακόν, id est

Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes adscripsit:
 Μετὰ τὸν πόλεμον ἢ συμμαχία, id est *Post bellum auxilium*, videlicet indicans iam
 tunc receptum in eas malum, [C] cum ipse malus immigrasset. [A] Conuenit
 160 cum Platonico illo, quod alibi commemorauimus, Μετὰ τὸν πόλεμον ἤκειν, id
 est *Post bellum adesse*. [H] Brutus in epistola ad Lycios: Αἱ μηχαναὶ ὑμῶν μετὰ τὸν
 πόλεμον, ὡς ἡ παροιμία, ἐκομίσθησαν, id est *Machinae vestrae post bellum, vt habet*
prouerbium, allatae sunt. Item in epistola ad Myrenses: Ἡ γὰρ ἐν πολέμῳ
 βραδύτης ἴσον ἔχει τῷ μηδ' ὄλως γενομένῳ τὸ ἄπρακτον, id est *Nam tarditas in*
 165 *bello perinde est, ac si nihil omnino sit factum, quod frustra factum est*. [F]
 Quintilianus in declamatione cadaueris pasti duas habet sententias non
 absimiles prouerbio: *Quid quod medicina mortuorum sera est? Quid quod nemo aquas*
infundit in cineres? Sic indicat serum remedium, siquidem aegrotο mortuo sero
 venit medicus et aedibus in cinerem redactis sero infunditur aqua.

170 [A] PINGVIS VENTER NON GIGNIT SENSVM TENVEM 2518

Diuus Hieronymus in epistola quadam citat huiusmodi prouerbium apud Graecos celebratum: *Pinguis venter non gignit sensum tenuem*. Quanquam fatetur id elegantius sonare Graece quam Latine. Graecus autem senarius extat apud Graecos huiusmodi:

175 Παγεῖα γαστήρ λεπτόν οὐ τίχτει νόον, id est
Subtile pectus venter obesus non parit.

[G] Refert et Galenus contra Thrasybulum velut vulgo iactatum: Καὶ τοῦτο

152 huiusmodi *E-I*: huiusmodi quandam *A-D*.

157 hic *B-I*: hac *A*; adscripsit *A-G*: ascripsit *H*, asscribit *I*.

173-176 Graecus ... parit *B-I*: At Graecam sententiam nondum (quod sciam) reperi.

Tametsi procliuue fuerit ex verbis latinis graeca coniiicere, γαστήρ παγεῖα μὴ τέκει λεπτήν φρένα. Eritque senarius iambicus *A*.

175 Παγεῖα *D-I*: παγεῖα *A-C*.

177 velut *I*: veluti *G H*.

135 Theocr. 10, 52 sq.

141-142 *Pastor* ... *libet* Nach dem Schol. Theocr. loc. cit. gibt Er. nachträglich (1526) die richtige Erklärung der Theokritstelle, die er 1515, wie seine Übersetzung *potans effundere* (l. 139) zeigt, falsch verstanden hatte.

144 *Adag.* 782.

145 Ἀσπάλακα εἰς Κορώνεια Von Er. selbst gebildet.

147 Steph. Byz. Κορώνεια.

148 Plin. *Nat.* XI, 99 (Cantharolethrus). Cf. *Adag.* 2601, ll. 781-783.

2517

150 Suid. μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι 739.

152 Diog. Laert. VI, 50; cf. *Adag.* 1852, *LB* II, 674 F-675 A. Neben der Hs., der Er. die griechischen Zitate entnahm (cf. *Adag.* 2473, n.l. 123 und *Adag.* 2509, n.l. 77), benützte er die Übersetzung Traversaris (Ven. 1475). Die Stelle lautet dort: „Inscriperat quidam domi suae, uxore nuper ducta: *louis filius Callinicus Hercules hic habitat, nihil ingrediatur mali; inscripsit ipse: post bellum societas.*“ In der überarbeiteten Ausgabe des Val. Curio (Basel, 1524) ist an Stelle der richtigen Wiedergabe „post bellum societas“ die ungenaue Übersetzung des Er. *post bellum auxilium* (l. 158) getreten.

158-159 *videlicet* ... *immigrasset* Die Fehldeutung erklärt sich aus einer ähnlichen Anekdote bei Diog. Laert. VI, 39, die Er. *Adag.* 2260, l. 330 sqq. verzeichnet.

160 *alibi Adag.* 1852 (nach Plat. *Gorg.* 447 a).

161 Brutus *Epist.* 23 Hercher, *Epist. Graec.*, p. 181. In früheren Äusserungen zweifelte Er. an der Echtheit der unter Brutus' Namen überlieferten griechischen Briefe und hielt sie für Schulübungen (declamationes): *De rat. stud.* (1514), *ASD* I, 2, p. 136, l. 3 sq. und Ep. 1206, ll. 93-95 (1521). Cf. T. O. Achelis, *Er. über die griechischen Briefe des Brutus*, Rhein. Mus. 72 (1917/18), pp. 633-638.

163 Brutus *Epist.* 45 Hercher, p. 185 (γινόμενω).

166 Quint. *Decl.* 12, 23 (infundet in cinerem). Otto 389.

2518 Otto 1860.

171 Hier. *Epist.* 52, 11, 4.

173-174 *Graecus* ... *Graecos* Greg. Naz. *Carm. De virtute* (I, 10) 589, Migne *PG* 37 A, 723, daraus Antonius Melissa, Migne *PG* 136, 911 D; mit Umstellung Apost. 5, 22 a γαστήρ παγεῖα. Die Art, wie Er. in der Erstausgabe den noch nicht gefundenen griechischen Vers herzustellen versuchte (cf. app. crit.), zeigt, wie mangelhaft 1508 seine aktive Beherrschung des Griechischen noch war.

177 Gal. *Thrasybulus* 37 (V, 878 K. = *Script. min.*, ed. Helmreich III, p. 85) (πρὸς ἀπάντων: ἀπάντων Ald. Gal. 1525). Zu der von Er. benützten Galen-Aldina cf. *Adag.* 2676, n.l. 903.

ἀπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἄδεται, διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον, ὡς γαστήρ ἢ
 παχεῖα τὸν νοῦν οὐ τίκει τὸν λεπτόν, id est *Et hoc ab omnibus prope hominibus*
 180 *canitur, eo quod omnium verissimum est, quod venter obesus non gignit mentem subtilem.*
 Apud Lacedaemonios infame erat, si quis corpore fuisset vehementer obeso.
 Agatharchides apud Athenaeum lib. xii. refert Anclidem ob delicias supra
 modum corpulentum in concionem adductum fuisse atque illic a Lysandro
 vehementer obiurgatum minimumque abfuisse, quin in exilium ageretur, idque
 185 futurum minitatos Lacedaemonios, ni vitam frugalius institueret. Et ibidem
 Menander de quodam obeso loquitur:

Παχὺς γὰρ ὤς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, id est
Obesus etenim sus premebat os viri.

[A] Admonet adagium luxu corporis hebetescere mentis aciem. Quemadmo-
 190 dum scribit etiam Horatius:

Nam corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque praegravat ipsum
Atque affigit humo diuinae particulam aerae.

Plutarchus apud Gellium ostendit pueros multo pastu stupidioris ac tardioris
 195 ingenii euaere.

[A] PISCEM NATARE DOCES 2519

Ἴχθῦν νήχεσθαι διδάσκεις, id est *Pisces natate doces*. Perinde est ac si dicas:
 Doctum doces. Confine illi, quod alibi retulimus: Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, id
 est *Delphinum natate doces*. Quod idem ad hunc effertur modum: Τῆ δελφῖνι
 200 κολυμβᾶν συμβουλεύη, id est *Delphini quemadmodum natate oporteat consulis*. Autor
 Diogenianus. |

LB 854 [A] PITANA SVM 2520

Πιτάνη εἰμί, id est *Pitana sum*. Zenodotus indicat dici solitum de iis, qui in
 extremas redacti calamitates ab iisdem denuo in pristinam felicitatem resti-
 205 tuuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanae Aeoliae ciuitati. Nam hanc a
 Pelasgis in seruitutem redactam Erythraei in libertatem pristinam vindicarunt.

[A] PISTILLO RETVSIVS 2521

Prouerbialis est hyperbole, quam in epistolis vsurpauit diuus Hieronymus:
Pistillo retusius, pro eo quod est minime acutum. [H] Timon Misanthropus
 210 Cleanthem ob ingenii tarditatem appellat ἔλμων ἄτολμων, id est *pistillum* siue
mortarium ignauum. [A] Et *Chrysippeum acumen* apud eundem per ironiam
 vsurpatur in stupidum et *cornutus syllogismus* pro ratione ridicula friuolaque.

[A]

PARTITIO NON PRAEFOCATIO

2522

- 215 Μερὶς οὐ πνίξι, id est *Sortitio non praefocatio*. Olim cum ii, qui viribus praepollerent, cibum eriperent imbecillioribus manus interim in illos iniicientes, excogitatum est, vt sortibus ex aequo diuideretur epulum, iamque ab omnibus acclamari coeptum: Μερὶς οὐ πνίξι, id est *Partitio non strangulatio*, eaque vox in prouerbium abiit. Quo licebit vti, si quando significabimus non esse locum violentiae, sed ex aequitate iuris oportere tractari negotium.
- 220 Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt, citat his verbis: Μερὶς οὐ μὴ πνίγει, id est *Partitio est, non strangulat*. Admonet et Suidas hac forma prouerbium efferri.

184 quin *HI*: vt *G*.188 Obesus ... viri *HI*: Porcus obesus iacebat super os *G*.194 stupidioris *F-I*: stupidiores *A-E*.206 Erythraei *A-G*: Erithraei *HI*.216-217 ab omnibus acclamari *G-I*: a paupe-ribus exclamari *A-F*.221 Partitio ... strangulat *G-I*: Partitio, ne strangula *A B*, Partitio est, ne strangula *C-F*.221-222 Admonet ... efferri *G-I*: Autor Suidas *A*, om. *B-F*.182 Agatharchides *FGrHist* 86 F 11 bei Athen. XII, 550 bc (Ναυκλείδην).

186 Menandr. fr. 21 Körte bei Athen. XII, 549 c.

190 Hor. *Serm.* II, 2, 77 sqq. (praegrauat vna).194 Plutarchus apud Gellium Vielmehr Varro bei Gell. IV, 19: „in logistorico, qui inscriptus est *Catus* aut *De liberis educandis*“ (fr. 17 Riese, *Varronis Satur. Menipp. rell.*, 1865, p. 249; cf. Rob. Müller, *Varrus Logistoricus über Kindererziehung*, Leipzig, 1938, bes. pp. 41 und 75).2519 Cf. *Collect.* 499 (Aquilam volare doces).

197 Diogen. 5, 33.

198 alibi *Adag.* 397.

199 idem Diogen. loc. cit. ὁμοία τῆ (sc. παροιμία) Δελφῶν κτλ. Er. bezieht den Artikel irrtümlich auf Δελφῶν.

2520

203 Zenob. 5, 61: Alcaeus fr. 114 Bergk = fr. 439 Lobel-Page.

205 *Aeoliae ciuitati* Zusatz nach Steph. Byz. Πιτάνη.205-206 *hanc* ... *vindicarunt* Hellanicus *FGrHist* 4 F 93 bei Zenob. loc. cit.2521 *Collect.* 709. Otto 1431. Cf. *Antibarb.*, *ASD* I, 1, p. 77, l. 1.208 Hier. *Epist.* 69, 4, 5.209 Timon, fr. 41 Diels, *Poet. philos. fr.* bei Diog. Laert. VII, 170. Der Zusatz *H* stammt aus der im selben Jahr 1533 erschienenen Ed. princeps des Diog. Laert. Er. verwechselt, wie schon das spätere Altertum, den legendären Menschenfeind Timon (aus Athen) mit dem Skeptiker Timon (aus Phlius).211 *Chrysippeum acumen* Hier. *Epist.* 57, 12, 4; *apud eundem* bezieht sich über den Einschub von 1533 hinweg auf *Hieronimus* (l. 208).212 *cornutus syllogismus* Hier. *Epist.* 69, 2, 3. Cf. Er. *Antibarb.*, *ASD* I, 1, p. 79, l. 14 und *Adag.* 2212, n.ll. 823-824.

2522

214 Suid. μερὶς 630.

214-217 *Olim* ... πνίξι Nach Suid. loc. cit.220 Plut. *Paroem.* 1, 35 μερὶς οὐ πνίγει. Ebenso cod. Laur. 80, 13, coll. II, 16 Jungblut, *Suppl. Paroem.* VI, p. 404 = Plut. *Prov. Alex.* 18 Crusius, *Suppl. Paroem.* III a, p. 11; III b, p. 53. Zu Er.' Quelle cf. zu *Adag.* 2683.

221 Suid. loc. cit.

[A]

PARIES DEALBATVS

2523

225 Τοῖχος κεκοιναμένους, id est *Paries dealbatus* [B] aut *incrustedus*. [A] Paulus apostolus in Actis apostolicis Ananiam sacerdotem fictum et fucatum parietem dealbatum appellat, quod longe alius esset intus, quam cultu habituque externo prae se ferret. Christus item in Euangelicis literis sanctimoniac simulatores sepulchra dealbata vocat, quae, cum foris niteant, intus sunt cadauerum ossibus referta. Sic enim est apud Matthaeum: Οὐαὶ ὑμῖν, γραμμα-
 230 τεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὅτι παρομοιάζεσθε τάφοις κεκοιναμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας, id est *Vae vobis, scribae et pharisaei, qui similes sitis sepulchris dealbatis, quae foris quidem apparent pulchra, intus autem referta sunt ossibus cadauerum omnique spurcitia*. Lucianus Myronis et Praxitelis colossos ad huiusmodi ferme similitudinem
 235 trahit in Gallo, quod foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro variisque coloribus arriderent, praeterea Iouis aut Neptuni repraesentarent imaginem fulmen aut tridentem dextra tenentes, vt plane numen aliquod esse viderentur, cum intus nihil appareret praeter picem, clauos, araneas, mures atque id genus sordes alias haudquaquam ad exteriorem illam imaginem respondentes. Atque
 240 huiusmodi principum esse vitam affirmat, quorum si strepitum et apparatus inspicias, nihil felicius, nihil deorum vitae similis; sin curas, suspiciones, odia contemplere, quibus intus discruciantur, nihil calamitosius. Seneca philosophos, qui, cum docerent honesta, turpiter viuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium pollicerentur, cum
 245 intus venenum occultarent. E diuerso, qui meliores sunt intus, quam oratione quamque prima illa vitae specie quasique fronte prae se ferunt, hos Plato Silenis adsimiles facit, de quibus alio diximus loco.

[A]

OLLAM ALERE

2524

250 Χύτραν τρέφειν, id est *Ollam alere*, dicebantur, qui metum ostenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti si quis praesidium alicubi collocatum habeat, quo minus vicini res nouas moliantur. Sumptum id est a more ciuitatis Atheniensis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt ad deterrendas vlulas, quarum illic maxima vis. Nam ollarum strepitum omne genus auium reformidat. Adagium refertur tum a Suida, tum a Diogeniano. Sumptum est ex
 255 Aristophanis comoedia, cui titulus Aues:

"Ὅτι μὲν τε δεῖ μάχεσθαι λαμβάνειν τε τῶν χυτῶν.

LB 855

- Τί δὲ χύτρα ὠφελήσει; - Γλαῦξ μὲν οὐ πρόσεισι νῶϊν.

Id est

Pugnare sane oportet simul et ollas sumere.

- *Sed quid inuabit olla? - Vlula nos tum non adibit.*

260 [A]

OLEVM ET SALEM OPORTET EMERE

2525

Τοῦλαιον καὶ τὸν ἄλα δεῖ ὠνεῖσθαι, id est *Oleum et salem oportet emere*. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum lib. ii. tractans de locis et enthymematis. Proponit autem huiusmodi exemplum antistrephontis: Sacerdos quaedam dissuadebat filio, ne quando verba faceret apud populum. ‘Nam si iniusta suaseris’, inquit, ‘deos habebis iratos; sin iusta, homines.’ Id hoc pacto ἀντιστρέφει, id est reciprocatur filius: ‘Imo expedit orationem habere apud populum. Quandoquidem si iusta dixerō, dii me amabunt, sin iniusta,

225 Ananiam sacerdotem *F-I*: iudicem quendam *A-E*.

228 sunt *B-I*: sint *A*.

258-259 Pugnare ... adibit *F I*: Pugnare oportet et ollas accipere. Quid autem

profuerit olla? Noctua non accedet ad nos *A-E*.

263 quaedam *H I*: quidam *A-G*.

267 sin *A*: si *B-I*.

2523

224 *Act.* 23, 3.

229 *Mt.* 23, 27 (Φαρισαῖοι, ὑποκριταί, ὅτι παραμοιάζετε). Er. gibt schon 1508 seine eigene Übersetzung. Sie weicht von der Vulgata stärker ab als die Fassung seiner letzten zweisprachigen *NT*-Ausgabe von 1527.

234 *Lucian. Gall.* 24 sq.

242 *Sen. fr.* 18 Haase bei *Lact. Inst.* III, 15, 11 sq.

246 *Plat. Symp.* 215 a sqq.

247 *alio ... loco Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis). Der oben ll. 234-246 entwickelte Gegensatz von äußerem Schein und innerem Wert ist Leitgedanke der Kritik an der weltlichen Macht der Kirche in *Adag.* 2201.

2524

249 *Suid.* χύτραν 611.

252-253 *ollas ... vitulas* Nach *Suid.* loc. cit.

253-254 *ollarum ... reformidat* Nach *Schol. Aristoph. Av.* 357; 358.

254 *Suid.* loc. cit. *Diogen.* 1, 45 χύτραν ποικίλλεις.

255 *Aristoph. Av.* 357 sq. (ὅτι μένοντε ... τί δὲ χύτρα νό γ' ὠφελήσει; ... νόν). Er. gibt den Text der *Aldina* 1498, lässt aber l. 257 das auch in der *Aldina* stehende νό γ' aus. Sein Text und die lateinische Übersetzung sind genau aufeinander abgestimmt; dabei geht die ursprüngliche trochäische Rhythmisierung verloren.

2525

261 *Aristot. Rhet.* II, 1399 a 25 (τὸ ἔλος πρίασθαι καὶ τοὺς ἄλας: ἔλαιον und ἔλος sind vv.ll. für ἔλος). Cf. *App. prov.* 2, 75 (ἔλος).

Die von Er. 1508 gegebene griechische Form des Sprichworts beruht auf der lateinischen Übersetzung „Oleum et salem emere“. So gab Hermolaus Barbarus die Aristotelesstelle wieder (wir benützen den Nachdruck Basel, 1545), ähnlich übersetzte Georgius Trapezuntius (zuerst Venedig 1478 gedruckt, dann u.a. Venedig, *Ald.* 1523): „Oleum ac salem emi oportere“. Den griechischen Text zog Er. erst 1533 bei (*H*, cf. infra ll. 269-271 und 274-276). Damals lag davon die Editio princeps *Aldina* von 1508 (infra n.l. 275) vor, dazu eine Sonderausgabe von *Arist. Rhet.* bei Froben (1529) und die *Aristoteles-Gesamtausgabe* *Bebels*, Basel, 1531. Alle drei bieten die sinnlose Lesart ἔλος, die Er. ablehnte (cf. ll. 274-276). Die richtige Lesart ἔλος kannte Er. nicht. Er missversteht deshalb das Sprichwort, dessen Sinn ist: Wer Salz gewinnen will, muss mit dem wertvollen Salz den ganzen an sich wertlosen Sumpf kaufen. Cf. *Cope-Sandys, The Rhetoric of Aristototele*, II, Cambridge, 1877, p. 272 sq.

263 *exemplum antistrephontis* Zu diesem Beweis, lat. „reciprocum“, cf. *Gell.* V, 10, 3: „Id ... vitium accidit hoc modo, cum argumentum propositum referri contra conuertique in eum potest, a quo dictum est, et vtrisque pariter valet.“

266 *reciprocatur filius* Erst Er. legt den bei *Aristot.* anonym gegebenen Einwand dem Sohn in den Mund. Dadurch tritt das Wesen der Argumentation klarer hervor.

homines.’ Atque huiusmodi genus argumentationis confine putat prouerbio, quo iubemur oleum ac salem emere – [H] Τοῦτι δ’ ἐστὶ τὰυτό τῷ λεγομένῳ τὸ ἔλαιον πρίσθαι καὶ τοὺς ἄλας, id est *Hoc autem idem est cum eo, quod dici solet, oleum emere et salem* – [A] significans opus esse nonnunquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine. [G] Sal enim mordet et siccatur, oleum lenit ac humectat. Sic medici oleum addunt sali, ne plus satis erodat, et qui sapiunt, admonitionis acrimoniam bonis verbis leniunt. [H] Non me clam est in aeditione Aldina pro ἔλαιον haberi ἔλαος, quasi ex eodem dicto colligi possit et malum et mali remedium; sed quis solet vulnus emere?

[A]

TANQVAM SVBER

2526

Ὀς φελλός, id est *Tanquam suber*, de iis, qui non norunt dissimulare aut qui nesciunt mergi aduersis fortunae procellis. Extat apud Pindarum. Tractum a natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, verum etiam alligatum aliis, ne sidant, sustinet. Vnde retibus assuitur et natantibus subditur.

[A]

OBTRVDERE PALPVM

2527

Obtrudere palpum apud Plautum est arte fucoque decipere. *Ego*, inquit, *istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum*. Vnde et palpari pro adulari et palpones adulatores vocamus a simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui ferocientibus equis plausu manus adblandiuntur, vt ostendimus alibi.

[A]

NE QVIS VNQVAM MEGARENSIBVS

2528

Μηδέποτε μηδεὶς Μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος, id est *Nunquam quisquam sapientior sit Megarensibus*. Scomma prouerbiale iaci solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus autore Diogeniano.

[A]

NULLA CANDIDORVM VIRORVM VTILITAS

2529

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυτοτομεῖν, id est *Nullus candidorum virorum usus nisi ad cerdonicam*. In molles et effoeminatos dictum ac veluti voluptatibus natos. Id enim innuit, opinor, per cerdonicam, iuxta illud Martialis:

Quid ad te,

De cute quid faciat ille vel ille sua?

Caeterum ii negociis gerendis inutiles. Contra qui nigra sunt cute et hispidi, hi magis allegendi sunt ad administrandam rem publicam. Vnde et Herculem μελάμπυγον appellarunt tanquam strenuum et a mollicie alienum, quemadmodum alibi demonstratum est [G] in prouerbio *Ne in Melampygom*.

[A]

NOX HUMIDA

2530

Νύξ ὑγρά, id est *Nox humida*. De malis ingruentibus dici solitum autor est Diogenianus. Quemadmodum de laetiore fortuna dicimus exoriri lucem. Apud eundem est νύξ δασεῖα, id est *nox spissa*, de nocte hyberna. Quae si cui non videbuntur in adagiorum numerum referenda, is ea rescribat Diogeniano, si libet.

[A]

QVID AD FARINAS?

2531

Τί πρὸς τάλφιτα; id est *Quid ad farinas?* id est: Quid attinet ad parandas facultates? Nam ἄλφιτα pro victu proque re familiari ponere poetis est familiare. Aristophanes in *Nebulis*:

Τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τάλφιτα; id est
Quid me numeri tandem ad farinas iuuerint?

Id recte detorquebitur ad artes steriles vt poeticen, οὐδὲν πρὸς τάλφιτα, [B]
quod vulgo dicunt de pane lucrando, sermone celebri magis quam erudito.

289 σοφώτερος B-I: σοφότερος A, corr. s.
297 faciet A B F-I: faciet C-E.

307 libet G-I: libeat A-F.

275 *aeitione Aldina* Gemeint ist die Ausgabe der „*Rhetores Graeci*“ von 1508: *Aphthonii sophistae Progymnasmata. Hermogenis Ars rhetorica. Aristotelis Rhetoricorum ad Theodecten libri tres. Eiusdem Rhetorice ad Alexandrum. Eiusdem Ars poetica* etc. Dass dieselbe falsche Lesart ἄλκος auch in der mit Er.' Empfehlung (Ep. 2432) versehenen Basler Aristotelesausgabe von 1531 steht (supra n.l. 261), erfährt der Leser nicht.

2526

278 Pind. *Pyth.* 2, 80.

281 *retibus assuitur* Schol. Pind. loc. cit. (142 b): ὡς φελλὸς ἀλιευτικοῦ δικτύου.

2527 *Collect.* 234. Otto 1327.

283 Plaut. *Pseud.* 945.

285 *palpones* Er. kennt „palpo“ „Schmeichler“ aus Pers. 5, 176.

287 *alibi Adag.* 3035 (Palpo percutere).

2528

289 Diogen. 6, 57.

290-291 *Dictum ... per adulationem* Unrichtig für χαριεντιζόμενοι („im Scherz“) δὲ τοῦτο ἔλεγον.

2529

293 Suid. οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν 801. Cf. *App. prov.* 4, 35 (οὐδὲν ἀνδρῶν λευκῶν) und Apost. 13, 35 (ohne ἢ σκυτοτομεῖν).

294 *cerdonicam* Das von „cerdo“ abgeleitete Wort zur Bezeichnung des Schuster- oder Gerberhandwerks ist nicht antik. Das zugrundeliegende Adjektiv „cerdonicus“ ist mittellat. im 13. Jh. bezeugt.

In molles ... natos So unrichtig von Er. gedeutet. Suid. sagt nur: Ἐπὶ τῶν εἰς μὴδὲν λυσιτελούντων. Cf. infra l. 298.

295 Martial. VII, 10, 2 (faciant: *faciat* v.l.). Die Stelle ist fälschlich zur Erklärung von σκυτοτομεῖν herangezogen. Cf. Otto 494 (curare cutem).

301 *alibi Adag.* 1043.

2530

303 Diogen. 6, 89.

2531

309 Aristoph. *Nub.* 648.

315 *vulgo* Suringar 186, p. 343 sq.: „Es gibt mehl in den brei“ (Tappius 1539) und ähnliches. „Brotlose Kunst“ taucht nach Wander s.v. Kunst Nr. 10 bei Petri 1595 auf. Cf. ferner „sein Brot gewinnen“ bei Heyne, *Dt. Wörterbuch*, Leipzig, 1906², I, p. 496 aus Joh. Fischart (1590). Die Wendung ist schon mhd. (Lexer, *Mhd. Handwörterbuch*, I, p. 360). Auch ndl. „Zijn brood winnen“ (Muller en Kluyver, *Woordenboek der Nederl. Taal*, III, 1, p. 1545).

[A] NUMERIS PLATONICIS OBSCVRIVS 2532

Prouerbialis hyperbole videtur, quam vsurpat M. Tullius in Epistolis ad Atticum libro septimo: *Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius.* Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis
 320 obscurat suam philosophiam ac veluti nebulas quasdam offundit, praecipue in Timaeo. Nam Pythagoras omnem fere philosophiae rationem ad numeros traxit. [B] De quibus permulta Macrobius in commentariis, quos aedidit in Somnium Scipionis.

[A] NIHIL EX AGRO DICIS 2533

325 Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις, id est *Nihil e rure loqueris*, id est nihil humile neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur. Contra quod festiuum, quod lepidum, id vrbanum ac ciuile vocant. Meminit Suidas.

[A] NIHIL GRAVE PASSVS ES, NISI 2534

330 Οὐδὲν πέπονθας δεινόν, εἰ μὴ προσποιεῖ, id est
Nil graue accidit, nisi tibi vindicas.

Meminit Diogenianus. Nemo laeditur nisi a seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

[A] NE SPINA QVIDEM VVLNERABIT BONOS 2535

335 Μηδ' ἄκανθα ἀμύξει τοὺς ἀγαθοὺς, id est *Ne spina quidem vulnerabit bonos.* Nemo molestus fuerit innocenti. [B] Nam spina natura pungit quemlibet. Sed vbique tuta est innocentia vitaeque integritas.

[A] NAAERA ET CHARMIONE 2536

340 Νάαιρα καὶ Χαρμίονη, id est *Naaera et Charmione.* De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodotus quique non dubitarent vel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitiae genus laudatum apud Aegyptios, quod appellabant συναποθησκότων, id est *commorientium.* Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ii hac lege copulabantur, vt, si alteri fatale quippiam accidisset, alter vltro mortis socium sese adiungeret. Hoc foedere cohaeserant Antonius et
 345 Cleopatra. Significat et Horatius [F] libro secundo, oda decimaseptima [A] simile quiddam erga Moecenatem:

[F] *Ille dies vtranque
 Ducet ruinam, non ego perfidum*

350 *Dixi sacramentum, ibimus, ibimus,*
[A] *Vt cunq̄ue praecedes, supremum*
Carpere iter comites parati.

Rursum alio loco:

Quid nos? Quibus te vita sit superstite
Iucunda, si contra, grauis.

355 Sed vt redeam ad prouerbiū, Naaera et Charmione duae erant Cleopatrae reginae pedissequae, quae spontaneam Cleopatrae mortem sunt imitatae. Ac semiuiuae repertae sunt, dominae iam mortuae coronam capite delapsam reponentes. Est quidem historia memoratu cum primis digna nec iniucunda cognitu, verum eam si quis forte requiret, petat licebit ex Plutarcho in vita
360 M. Antonii. Ego nec adagium hoc fueram adscripturus, ni veritus essem, ne, quoniam extat in Zenodoti collectaneis semel atque iterum excusis publicatis-

330 προσποιεῖ A B: προσποιεῖς C-I.

332 nisi B-I: om. A.

346 Moecenatem A-D: Mecoenatem E-I.

350–351 supremum Carpere iter F-I: sequemur scilicet et A-E.

2532

317 Cic. *Att.* VII, 13, 5.

320–321 *praecipue in Timaeo* Er. denkt an Stellen wie *Tim.* 35 b sqq. und 43 d. Der *numerus Platonis*, den Cicero meint, findet sich aber *Rep.* VIII, 546 bc. Die „obscuritas“ des Platonischen *Timaeus* betont Cic. *Fin.* II, 15, danach Hier. *In Isaiam* XII praef., Migne *PL* 24, 409 D und *In Amos* II, zu *Cap.* 5, 3, Migne *PL* 25, 1038 A.

322 *Macr. Somn.* I, 6; II, 2.

2533

325 Suid. οὐδέν 788. Cf. *Apost.* 13, 43.

325–326 *nihil ... triuiale* Nach Suid. loc. cit.

2534

330 *Diogen.* 7, 38 = *Menandr. Epit.* fr. 8 Körte (ἔν μὴ προσποιῆ).

2535

335 Suid. ἀμύξεις 1683, ebenso *Zenob. Ald.* col. 119. Da das folgende Adagium aus *Zenobius* stammt, ist anzunehmen, dass Er. auch dieses seinem *Zenobiustext* entnahm. Cf. *Diogen.* 6, 69 (μῆτ' ἄκωνθα).

2536 Cf. *Crusius, Suppl. Paroem.* III b, p. 30 sqq.

339 *Zenob.* 5, 24 (Νάηρα, auch *Zenob. Ald.* col. 113).

340–344 *Erat ... adiungeret* Wohl nach *Plut. Anton.* 71, 4 sq., aber l. 342 συναποθησκόντων, *id est commorientium* nach *Ter. Ad.* 6 sq.

345 *Hor. Carm.* II, 17, 8 sqq. 1508 zitierte Er. die Verse aus dem Gedächtnis (cf. *app. crit.*).

352 *Hor. Epod.* 1, 5 (si superstite: sit superstite alte *Vulgata*, cf. *Bentley* zur Stelle).

359 *Plut. Anton.* 85.

361 in *Zenodoti collectaneis semel atque iterum excusis* Er. bezeichnet damit zwei unter sich verschiedene Sammlungen: 1. die *Juntina* von 1497 mit dem Titel *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ τῶν Ταρρατοῦ καὶ Διδύμου παροιμιῶν* (cod. F bei *Leutsch-Schneidewin*). 2. Die von *Aldus* 1505 im Anhang zum zweisprachigen *Aesop* veröffentlichte Sammlung mit ähnlichem Titel, aber ohne Verfasseramen (cf. *Adag.* 2074, n.ll. 514–515; von *Leutsch-Schneidewin* nicht berücksichtigt, von uns als „*Zenob. Ald.*“ zitiert). Der Verfassername *Zenodotus* beruht auf *Schol. Aristoph. Nub.* 133 (bei *Dübner* in der *Adnotatio*, p. 423): *Ζηνόδοτος (Ζηνόβιος corr. G. Hermann) ὁ τὰς Ταρρατοῦ καὶ Διδύμου παροιμίας ἐπιτεμῶν*. Er. beruft sich *Adag. Prolegomena*, *LB* II, 5 A auf diese Stelle, um seine Verwendung des Namens *Zenodotus* zu rechtfertigen. Diese scheint von *Angelo Poliziano, Miscellanea* 16 aufgebracht worden zu sein, cf. *Adag.* 308, *LB* II, 153 F: „*Angelus Politianus ... huius sententiae citans autorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Feruntur quidem Zenobii cuiusdam collectanea, quem an ille Zenodotum appellet, nondum satis mihi liquet.*“ Jedenfalls braucht Er. neben „*Zenobius*“ den Namen „*Zenodotus*“ unbedenklich sowohl für die *Juntina* 1497 wie für die

que, parum eruditus aliquis calumniaretur a me praeteritum. Nam mihi, si modo non fallit nasus, subolet hoc prouerbum haud esse profectum ab antiquitate, sed in Zenodoti natum officina.

365 [A] NEQVE NVLLI SIS AMICVS NEQVE MVLTVS 2537

Carmen illud Hesiodi sicuti et alia pleraque cessit in prouerbum:

Μηδὲ πολὺξείνον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι, id est
Nec multis, at nec nulli dicaris amicus.

370 Aristoteles libro *Moralium* nono tanquam prouerbio iactatum citat ac dictum
 probare videtur, propterea quod prorsum citra vllius amici consuetudinem
 viuere ferinum atque iniucundum esse videatur. Rursum nec vehementer amare
 possumus simul multos nec pluribus morem gerere. Quin et Lucianus in
 1.B 857 *Toxaride* | narrat apud Scythas πολυφιλίαν, id est *complurium amicitiam*, non
 aliter infamem fuisse quam apud alias gentes vnus mulieris cum pluribus viris
 375 consuetudinem. Quanquam diuersa sentit M. Tullius in libro *De amicitia*. [B]
 Et Plutarchus in commentario Περὶ πολυφιλίας.

[A] NEBVLAS DIVERBERARE 2538

380 Νεφέλας ξάινειν, id est *Nebulas diuerberare*, dicitur, qui vel in re stulta vel quae
 fieri non queat frustra sumit operam. Meminit Diogenianus. [G] Suidas
 suspicatur ductum ab eo, qui dixit nebulas esse lanam expansam, quasi
 similiter debeant carminari.

[A] MYCONIVS VICINVS 2539

385 Μυκόνιος γείτων, id est *Myconius vicinus*. In eum, qui inuocatus ad conuiuium
 accedit. Nam hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quod liguritores essent
 et alienae appetentes mensae. Ad hunc modum Suidas. Zenodotus autem ait
 conuenire in sordidos atque humiles homunciones, propterea quod ea insula
 inter contemptas habita sit ob sterilitatem, atque ob id gentem auidiusculam et
 alieni appetentiolem fuisse. Athenaeus idem ferme testatur in primo sermone
 390 *Dipnosophistarum* citans hunc ex Archilocho versum, [D] quo taxauit Periclen
 quendam [A] ὡς ἄκκλητον εἰσπταίοντα εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκα, id est *velut*
qui inuocatus irruerit in conuiuia Myconiorum more. [D] Idem addit Myconios, quod
 inopes essent utpote sterilem insulam incolentes, ἐπὶ γλισχρότητι καὶ πλεονεξίᾳ
 fuisse notatos. Egestas enim facit auidos alienarum rerum, vnde et Cratinus
Ischomachum quendam gulae mancipium Myconium appellarit.

395

[A]

MORTVOS VIDENS

2540

Νεκρούς ὄρων νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων, id est
Tibi occident res, mortuos si somnies.

400

Refertur a Suida tanquam vulgo iactatum de diuinatione, quae sumitur ab insomniis, superstitione multo omnium vanissima. [B] Id tamen ita dictum est, quod mors finis sit omnium huius vitae malorum.

[A]

MORTVI NON MORDENT

2541

405

Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν, id est *Mortui non mordent*. Id etiam hac tempestate vulgo dicitant. Natum arbitror ex apophthegmate Theodori Chii, qui fuit Ptolemaei regis in arte rhetorica praeceptor. Hic enim in consilium adscitus, cum deliberaretur, vtrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset an admittendus, censuit receptum occidendum addens hoc dictum: [H] Νεκρούς οὐ δάκνειν, id est [A] *Mortuos non mordere*. [H] Refert Plutarchus in vita Pompeii.

365 nulli A-C: nullis D-I.

389 Dipnosophistarum C-I: Dipnosophistae A B; verum D-I: locum A-C.

390 ἀκλήτων εἰσπταίοντα D-I: ἀκλήτου τοῦ ἔπεις παίοντος A-C.

390-391 velut qui [quae D E] ... more D-I:

Aldina 1505. Zu den Quellen der Aldina cf. W. Bühler, in: Nachrichten der Göttinger Akademie 1979, Nr. 6, p. 107 sqq.

2537

366 Hes. *Erg.* 715.369 Aristot. *Eth. Nic.* IX, 1170 b 22.372 Lucian. *Tox.* 37.375 Cic. *Lael.*, besonders 44-51.376 Plut. *Mor.* 94 a.2538 *Collect.* 647 (Ξαίνεις, wie Suid. νεφέλας 274 und Apost. 12, 5).

378 Diogen. 6, 83.

379 Suid. νεφέλας 274.

380 *ab eo, qui dixit* Suidas spielt ohne Quellenangabe auf Aristoph. *Nub.* 343 an.2539 Cf. *Adag.* 1007 (Myconius caluus), LB II, 409 BC und *Adag.* 3724 (Myconiorum more).

383 Suid. Μυκόνιος 1400. Zenob. 5, 21 (Μυκόνιος: Μυκόνιος nach Athen. I, 7 f sq.).

385 Suid. loc. cit. Zenob. loc. cit.

388 Athen. loc. cit.: "Ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος ... ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκόνιων δίκην (δίκαια cod. Laur. E). Es handelt sich also nicht um ein wörtliches Zitat aus Archilochos (cf. Bergk zu Archil. fr. 78 und West zu fr. 124). 1520 ersetzt Er. den Genetiv ἀκλή-

vt inuocatum hunc sequeris irruentem ad conuiuia Myconiorum ritu A-C.

391-393 quod ... rerum G-I: immodica bibacitate luxuque fuisse olim infames D-F.

399 vanissima B-I: rarissima A.

τοῦ durch den Akkusativ, entsprechend seinem damals gemachten Zusatz.

393 Cratin. fr. 328 Kock bei Athen. I, 8 a.

2540

396 Suid. νεκρῶ 142 (Astrampsyclus, p. 94 Scaliger in *Oracula metrica a Ioanne Opsopoeo collecta*, Paris, 1607). Cf. Apost. 12, 4 b.399 *superstitione* ... *vanissima* Cf. *Adag.* 2558.

2541

402 Cf. Apost. 12, 4 a (νεκρὸς οὐ δάκνει). In der vorliegenden Form scheint das Adagium griechisch und lateinisch von Er. selbst gebildet zu sein (Walther 15271 a gibt keinen vorerasmischen Beleg). Ausgangspunkt war ihm das Apophthegma an der unten l. 407 zitierten Plutarchstelle in der lateinischen Übersetzung (ed. Ven. 1478, 1496: „addidit subridens hominem mortuum non mordere“). Die Pluralform mag durch das niederländische Sprichwort beeinflusst sein, auf das er l. 402 hinweist: 'Doode luyden en bijten niet', Suringar 120, p. 218 sq., nach Symon Andreasson (1550). 403 *Theodori* Vielmehr Theodoti, so richtig Er. *Apophth.* VI, Varie mixta 40, LB IV, 290 D.407 Plut. *Pomp.* 77.

[A]

ASCISCE AD EXTREMVM SCIENTIAM

2542

Πέμπε εἰς ἔσχατον τὴν ἐπιστήμην, id est *Accerse ad extremum scientiam*. Non
 410 statim utendum extremis ingenii viribus, verum vbi iam vrget vltimum
 periculum, tum ad artes confugiendum.

[A]

MISERRIMVM FAME MORI

2543

Sententia etiam cantionibus apud veteres celebrata teste Platone miserrimum
 mortis genus fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odysseæ M:

415 Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
 Λιμῶ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, id est
Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
At periisse fame res vna miserrima longe est.

[G] Plato libro De republica tertio refert hoc carmen veluti pestilens moribus
 420 adolescentum, quum nulla mors sit misera, quæ honestatis gratia oppetitur.

[A] Accommodari poterit in sordidos quosdam, qui quo parcant nummis de-
 fraudant genium suum, [G] aut in eos, qui pereunt inscitia veri, quum animus
 hominis non aliter pascatur verbo Dei quam corpus cibo. Vere miserrimum est
 hac fame mori.

425 [A]

I MODO VENARE LEPOREM, NVNC ITYM TENES

2544

Plautus in Captiui duo

I modo venare leporem, nunc itym tenes

prouerbiali figura dixit. Id est: Hanc interim coenam qualemcunque certam
 habes, quaere alteram, si potes potiozem. Itys enim auis, quem a Phaside
 430 Scythiæ flumine phasianum vocant. Proinde cum iubebimus, vt qui nactus sit
 LB 858 commodi quippiam, ad aliud sese accingat, non intempestiuiter hoc vtemur
 adagio. [B] Verum equidem opinor hunc Plauti locum, vt sunt alii plerique,
 deprauatum esse. Legendum autem nec itym, vt habent codices, nec ichthy-
 435 venationem leporis, [B] sed ictin. Nam est id animal de genere mustelarum,
 quod in cuniculos immittitur, vt praedam eliciat. Latini viuerram appellant.
 Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro
 De naturis animantium nono, capite sexto. Quanquam non indicat insidiari
 leporibus, sed auibus et aluearibus. Quod si recte constat ictin esse viuerram,
 440 Plinius octauo libro indicat praecipuam viuerris gratiam fuisse propter
 venatum leporum et cuniculorum. *Iniciunt, inquit, eas in specus, qui sunt
 multifores in terris, vnde et nomen animali, atque ita eiectos superne capiunt.*

[A]

MINIMO PROVOCARE

2545

445 *Minimo prouocare* est contemptim ad certamen prouocare. Sumptum a gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius in Sermonibus:

Ecce,

*Crispinus minimo me prouocat: 'Accipe, si vis,
Accipe iam tabulas; detur nobis locus, bora,
Custodes; videamus, vter plus scribere possit.'*

450 [C] *Elegantius ad res animi torquebitur. Vt vnus hic grammatistes theologos omneis minimo prouocat.*

408 Ascisce B-I: Mitte A.

409 Accerse B-I: Mitte A.

413 cantionibus B-I: cautionibus A, corr. s.

439 et B C F-I: de D E.

2542

409 Diogen. 7, 85, ohne Erklärung. Die unrichtige Interpretation stammt von Er. Anders Apost. 14, 23: παρανετική πρὸς τὸ σπουδάσειν ἀελ.

2543

413 Plat. *Rep.* III, 390 b.

414 Hom. *Od.* XII, 341 sq.

419 Plat. loc. cit.

2544 Otto 940.

426 Plaut. *Capt.* 184 (nunc irim [nach Leos Fussnote soviel wie „Igel“] tenes: *itym* die alten Ausgaben nach der Ed. princ. von Merula, Ven. 1472).

429-430 *Itys ... vocant* Die Gleichsetzung von *itys* mit *phasianus* nach Ioann. Bapt. Pius im Kommentar zur Stelle (cf. n.l. 434). Er. besass „Plauti opera cum interpreta. Bap. Pij“ (Versandliste Nr. 213 Husner). Gemeint ist wohl die Ausgabe Mailand, 1500. *a Phaside Scythiae flumine* Iuv. 11, 139 „Scythicae volucres“, dazu das Schol. „Fasianus ἀπὸ τῆς Φάσιδος“.

433 *vt habent codices* Damit meint Er. nur die gedruckten Ausgaben. Die handschriftliche Überlieferung „irim“ blieb ihm unbekannt.

434 *quidam* Ioann. Bapt. Pius loc. cit.: „Caeterum cum itys (hoc est phasianus) haudquam lepori nec sapore nec pretio posthabeatur, inducor vt hichtim [sic] scribam, pro pisce scilicet“.

435 *ictin* Plin. *Nat.* XXIX, 60: „Mustelorum duo genera; alterum siluestre distans magnitudine Graeci vocant ictidas.“ Die Konjektur, die freilich auf dem „ityn“ der

Ausgaben beruht, verdiente in den modernen Plautausgaben neben dem singulären „irim“ angeführt zu werden (zuletzt erwähnt von Brix-Niemeyer und von Lindsay in der kommentierten Ausgabe der *Captiui*, London, 1900).

436 *vierram* Cf. n.l. 439.

437 Suid. Ἰκτίς 281.

Aristot. *Hist. an.* IX, 6, 612 b 10.

439 *Quod ... vierram* Theod. Gaza zu Aristot. loc. cit.: „Ictis genus mustelae rusticae, quod vierram interpretor“.

440 Plin. *Nat.* VIII, 218.

442 *animali* Sc. cuniculo, von dem Plin. VIII 217 sagt: „Leporum generis sunt et quos Hispania cuniculos appellat.“ Die von Plinius erwähnte Jagd bezieht sich natürlich nur auf diese; insofern ist die Angabe *propter venatum leporum et cuniculorum* ungenau, d.h. dem Adagium zuliebe umgebogen. Im übrigen verbietet der Zusammenhang bei Plautus, an das Frettchen als Jagdtier zu denken. Vielmehr müsste auf Diogen. 3, 84 = Apost. 5, 26 hingewiesen werden: γαλῆν ἔχεις ἐπὶ τῶν ἀποτευκτικῶν [ἀποτρεπτικῶν Apost.] · παρ' ὅσων οἱ γαλῆν ἔχοντες οὐκ εὐτυχούσιν (so Otto 940).

2545 *Collect.* 704. Otto 547.

445 Hor. *Serm.* I, 4, 13 sqq. (448 accipiam: *accipe iam* nach der Ausgabe von Ed. I. Locher, Strassburg, 1498. Die Lesart wurde auch von Bentley dem gewöhnlichen „accipiam“ vorgezogen). In der Erklärung folgt Er. Porphyrio, der auch den sprichwörtlichen Charakter der Wendung betont.

[A] MINORE FINIRE POMOERIO [B] ET HIS SIMILIA 2546

[A] Prouerbii rationem sapiunt huiusmodi ferme metaphorae: *Finire pomoerio, Praestituere metam, Circumscribere cancellis* et si quae sunt consimiles. Varro in
 455 libris *De re rustica: Eo melius fecisse quosdam, qui minore pomoerio finierunt exclusis partibus, quae non pertinent ad hanc rem.* Idem eiusdem operis libro primo: *Ars sit, an quid aliud et a quibus carceribus decurrat ad metas.* [F] Cicero libro *De oratore* primo: *Exiguus quibusdam finibus totum oratoris munus circumdedisti.*

[A] MENS PEREGRINA 2547

460 Νοῦν τὸν ξένον, id est *Mentem peregrinam*, habere dicuntur cogitabundi nec satis ob id attenti ad ea, quae coram aguntur. Iocatur Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσιν in Euripidem tanquam dialecticis vtentem argutiis (id quod indicat etiam Fabius Quintilianus in *Institutionibus*) his versibus:

Οὐκ ἔνδον ἔνδον ἐστίν, εἰ γνώμην ἔχεις.
 465 – Πῶς ἔνδον εἶτ' οὐκ ἔνδον; – Ὁρθῶς, ὦ γέρον.
 Ὅ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια
 Οὐκ ἔνδον, αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
 Τραγωδίαν, id est
Est intus, haud est intus idem, si sapis.
 470 – *Quinam intus et non intus? – Optime, senex.*
Nam mens foris abest, colligens epyllia
Non intus, ipse at intus est, tragoediam
Scribens supinus.

[F] *Epyllia* versiculos dicit voce diminutiua ab epos. [A] Idem in *Equitibus*:

475 Πρὸς τε τὸν λέγοντ' αἰεὶ
 Κέχηνας, ὁ νοῦς δέ σου παρῶν ἀποδημεῖ, id est
Vsque ad loquentem inbias, at ipsa mens tua
Praesens peregre est.

[B] In eundem sensum Terentius: *Praesens absens vt sies.*

480 [A] MITIOR COLUMBA 2548

Πρότερος περιστερᾶς, id est *Mansuetior columba*. Columbina simplicitas ac mansuetudo laudatur etiam in diuinis literis. [G] Nam hoc est columba in
 485 auibus, quod ouis in quadrupedibus. Ipsa nulli animantium meditatur noxam nec aliunde praesidium habet aduersus miluios quam a celeritate volandi. [A] Adagii meminit Diogenianus.

[A] AD PORCELLVM DA MIHI MUTVO TRES DRACHMAS 2549

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς, id est
Ad porcellum nunc da mihi mutuo tres drachmas.

LB 859 Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset aut qui vellet initiari. Nam initiandi
 490 consueuerunt immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est autem in
 Pace:

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς,
 Δεῖ γάρ μνηθῆναί με πρὶν τεθνηχέναί, id est
 495 *Qui porcum emam, mihi mutua nunc tres drachmas,*
Initiandus sum, prius ac mortem oppetam.

[A] MVLIERIS PODEX 2550

Γυναϊκὸς πυγῆ, id est *Mulieris podex*. In ignauum ac desidiosum dicebatur.
 Ignauum animal mulier et quo minus habet mentis, hoc inhonestis voluptati-
 500 bus est addictius. Amat ocium et [B] fucorum in morem, [A] quemadmodum
 ait Hesiodus, virorum laboribus quaesita sibi insumit, id quod indicat etiam
 illud prouerbium Ὅκνος ὄνος. [G] Et omnino tales permultas habet Gallia.
 Atqui Hollandia innumeras habet, quae sua industria viros ociosos et
 voluptarios alunt.

490 autem A-H B.A.S: enim I.

492 Εἰς I: Ἐς A-H.

2546

453-454 *Finire ... metam* Nach Varro (l. 454);
Circumscribere cancellis Cic. *De or.* I, 52.

454 Varro *Rust.* I, 2, 13.

456 Id. *Rust.* I, 3 (docete, ars id an quid
 aliud: Er. folgt den alten Ausgaben der *Rei*
rusticae scriptores, z.B. ed. Regii 1496, die *sit*
 anstatt „id“ geben und mit *Ars* einen neuen
 Satz beginnen).

457 Cic. *De or.* I, 264.

2547

460 Diogen. 6, 85. Apost. 12, 14.

460-461 *cogitabundi ... aguntur* Ἐπὶ τῶν ὑφορω-
 μένων τινά Diogen. (τινάς Apost.).

461 Aristoph. *Ach.* 396 sqq.

463 Quint. *Inst.* X, 1, 68.

474 Aristoph. *Equ.* 1118 sqq. (πρὸς τὸν τε:
 πρὸς τε τὸν Aldina 1498).

479 Ter. *Eun.* 192; cf. *Adag.* 1684 (Praesens
 abest).

2548 Cf. Otto 413.

481 Diogen. 7, 64 (= Apost. 14, 97).

482 *in diuinis literis* Mt. 10, 16: „Estote ...
 simplices sicut columbae.“

485 Diogen. loc. cit.

2549

487 Suid. δραχμῆ 1516. Cf. Apost. 8, 5 c.

489-490 *Dicebatur ... porcum* Nach Suid. loc.
 cit.

490 Suid. loc. cit.

Aristoph. *Pax* 374 sq.

2550

497 Suid. γυναϊκὸς 499. Cf. Zenob. Ald.
 col. 66.

In ... desidiosum Nach Suid. resp. Zenob.
 Ald. loc. cit.

498-503 *Ignauum ... alunt* Zur Beurteilung der
 Frau cf. *Adag.* 2377, n.ll. 913 914. Bezeich-
 nend ist hier der mildernde Zusatz von
 1528 (G).

500 Hes. *Theog.* 590 sqq.

501 *Adag.* 383 (Contorquet piger funiculum).

[A]

MVLIERIS ANIMVS

2551

505 Γυναϊκὸς φρένες, id est *Muliebre ingenium*. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles et inconstantes. Vnde est illud Ennianum:

*Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres,
Illaque virgo viri.*

510 Et Terentius: *Noui ingenium mulierum: Nolunt vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltro.*

[A]

PERENDINVM VENTVM PRAEDISCERE

2552

Τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν, id est *Perendinum ventum praescire*, dicuntur qui coniecturis, quod multo post euenturum sit, colligunt. Sumptum a nautis aut a negociatoribus. Pindarus: Σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον ἔμαθον, id est
515 *Sapientes futurum perendie ventum nouerunt*. [B] Id enim demum est sapere, non solum quod ante pedes est videre, [C] verum id quoque, quod procul abest, prospicere.

[A]

CAVTE LOQVACIOR

2553

520 Ἰραχίας λαλίστερος, id est *Cavte loquacior*. Prouerbialis hyperbole in hominem immodice [C] ac permoleste [A] garrulum. Sumpta metaphora a cautibus, quae quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

[A]

LEPORI ESVRIENTI ETIAM PLACENTAE FICI

2554

Ἀγῶ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες εἰς σῦκα, id est
Lepori esurienti et placentae pro ficis.

525 Suidas tradit dictum de iis, qui compulsi necessitate res etiam preciosissimas absumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quod adactus fame placentas primum lambere, deinde etiam comesse didicerit.

[A]

LEX ET REGIO

2555

530 Νόμος καὶ χώρα, id est *Mos siue lex et regio*. Admonet prouerbium, quemadmodum et alias obiter indicauimus, seruendum et obsecundandum esse moribus regionis, in qua verseris. Zenodotus adscribit vnique genti suas quasdam esse leges et instituta viuendi. Nam Persarum mos est, vt inter pocula temulenti consultant ac reges suos pro numine adorent. Deinde qui sunt pares,
535 osculantur inuicem, inferiores genam modo contingunt potentiorum. Natos pueros post quadriennium demum inspiciunt. Gordii regem creant eum, qui sit

inter ipsos quam maxime corpulentus. Syrraci coronam deferunt ei, qui
 proceritate corporis reliquos antecellat atque, vt quidam narrant, cui caput sit
 540 longissimum. Stymphali mulierem eam in honore habent, quae cum pluribus
 viris habuerit consuetudinem. Montani Massagetae in viis coeunt. Sauromatae
 inter pocula filias vendunt. Mazusius abstinet a mulierum congressu, nisi si
 quam bello ceperit. Tibareni post vxoris partum ipsi, perinde quasi pepererint,
 revincto capite cubant. Apud Cecertaeos opifices onera gestant, donec
 545 occurrat, qui emat. Sidones parentes deuorant excepto capite; nam hoc
 inaurant. Caesiae [C] aut iuxta alios Heniochi [A] natos lachrymis prosequuntur,
 defunctos gaudio. Bachirii, si quando a morbo reuauerint, canibus semet
 1.B 860 ipsos obiiciunt. Or genipei neque domos habent nec animante vescuntur. Sunt
 autem calui, non ipsi modo, verum etiam mulieres, idque aiunt accidere
 propter aquae vim natiuam, quam bibunt. Thysetae diis ossa sacrificant, ipsi
 550 vescuntur carnibus, atque hi profecto plurimum sapiunt mea quidem sententia.

510 Noui ingenium mulierum G-I: Nosti
 mulierum ingenium A-F.

511 praediscere A-F: praedicere G-I.

520 cautibus C-I: scopulis A B.

540 Massagetae B-I: Messagetae A.

542 ceperit D-I: coeperit A-C.

545-546 prosequuntur B-I: prosecuntur A,
 corr. s.

546 Bachirii G-I: Bacchirii A-F.

2551

505 Diogen. 4, 3.

507 *Ennianum* Trag. fr. inc. 210 Ribbeck bei
 Cic. *Off.* I, 61 (vos enim: vos etenim in den
 von Petrus Marsus kommentierten Venediger
 Ausgaben von *De officiis*, 1481-1496;
 dort auch die Zuweisung an Ennius. Beides
 übernimmt Er. in seine eigene Ausgabe von
De officiis, Basel, Froben 1520).

510 Ter. *Eun.* 812 sq.

2552

511 Der Titel nach Verg. *Georg.* I, 51: „Ventos et varium caeli praediscere morem“.

512 Nach Pind. *Nem.* 7, 17. Cf. Schol. Pind.
 ad. loc. (v. 25 a): ὡσπερ τῶν κυβερνητῶν οἱ
 σοφοὶ ... μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐσόμενον ἄνεμον
 προγινώσκουσι.

514 Pind. loc. cit.

515-517 *Id enim ... prospicere* Fast wörtlich
 nach Ter. *Ad.* 386 sqq.: „Istuc est sapere,
 non quod ante pedes modost / Videre, sed
 etiam illa, quae futura sunt, / Prospicere.“
 Cf. *Adag.* 2617 (Ante pedes), ll. 62-66.

2553

519 Diogen. 7, 99. Apost. 15, 21. Suid. ἡ
 χίλας 60.

519-521 *in hominem ... fragore* Nach Diogen.
 resp. Apost. resp. Suid. loc. cit.

2554 Cf. Strömberg, *Greek Proverbs*,
 p. 99.

523 Suid. λαγῶ 28, mit der Erläuterung: πρὸς
 τοὺς τὰ ἐν ἀνάγκῃ πολυτελεῖ λογισομένους, die
 Er. l. 525 sq. missversteht. Der Vers scheint
 ein missglückter byzantinischer Zwölfsilber
 zu sein. Er. versucht ihn als Choliambus
 wiederzugeben.

527 *Apuleius* Gemeint ist wohl *Met.* X, 13 sq.,
 wo der in einen Esel verwandelte Held
 allerlei Leckerbissen zuerst zaghaft nascht,
 dann hemmungslos verschlingt.

2555 Cf. Crusius, *Suppl. Paroem.* III b,
 p. 27 sqq.

530 Zenob. 5, 25 (Ald. col. 125).

531 *alias Adag.* 93 (Polypi mentem obtine),
 LB II, 63 C.

533-553 *Nam Persarum ... hyaenas* Nach Ze-
 nob., ausser Zusatz C, l. 545. Die vom Text
 bei Leutsch-Schneidewin abweichenden
 Volksnamen entsprechen genau der in Ze-
 nob. Ald. col. 125 gegebenen Form, ausser
Orgenipei, wo die Aldina Ὀργυμπεῖοι bietet.

545 *ant ... Heniochi* Woher diese Notiz
 stammt, ist unklar. Unter den Stämmen, die
 für diese Sitte angeführt werden (E. Rohde,
Psyche, II, Tübingen, 1907⁴, p. 34, n. 1),
 werden die Heniocher nicht genannt.

Tauroscythae homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo victitant nec ullo praeterea vescuntur cibo. Iberes ouium loco canum greges alunt, Aethiopes, qui dicuntur Colcenses, hyaenas. Quin hodie non pauciora ingeniorum et morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accomodare sese
 555 polypumque piscem imitari non minima prudentiae pars est.

[F]

AEGIS VENIT

2556

Αἰγίς ἔρχεται, id est *Aegis venit*. Suidas indicat prouerbio dici solitum de iis, qui petulanter et impudenter agerent, refertque ex Pherecrate: Οἴμοι κακοδαίμων, αἰγίς ἔρχεται. Aegis autem Graecis varia significat: pelliceum tegmen, quod
 560 gestant Afri, praeterea maris intumescens vndas ac procellas ventorum idque lingua Dorica, [G] vnde ἐπαιγίζειν reperitur pro vehementer flare. [F] Alii malunt esse quid e coronis contextum aut rete ex coronamentis contextum. Sic ait vsurpatum apud Herodotum [G] libro quarto [F] et apud Lycurgum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quae Athenis solita sit ferre sacram
 565 aegidem itaque ingredi ad eos, qui nuper duxissent vxores. Apparet in huiusmodi sacris multum fuisse licentiae, quemadmodum et apud Christianos multis ineptiis celebrantur nuptiae, simulque allusum est ad procellam.

[A]

MVL TAM SYLVAM GESTAS

2557

Λόχμην πολλὴν φορεῖς, id est *Sylvam multam portas*. Dictum in Phormionem militem quendam hirsutum densaque pilorum obsitum sylvia, cuius et alibi facta mentio. [B] Quadrabit in agrestem et stupidum, cuiusmodi ferme sunt milites. [A] Refertur a Suida.

[A]

LEONEM VIDERE HOSTIVM PRAELIA PORTENDIT

2558

Λέοντας ἰδεῖν δυσμενῶν δηλοῖ μάχας, id est
 575 *Cernere leones hostium pugnam indicat*.

Translatum vel a somniorum coniecturis vel ab observantibus auguria. Meminit Suidas. [G] Huiusmodi versiculos indicantes, quid quodque portentat somnium, video diligenter commemoratos a Suida et Hesychio, quum nihil inanius. Et tamen probabile est vtrunque fuisse monachum.

580 [A]

LARVS IN PALVDIBVS

2559

Λάρος ἐν ἔλεσι, id est *Larus in paludibus*. Suidas scribit dictitatum de iis, qui faciles sunt ad dandum. Ductum a laro aue, quam eandem κέπρον appellari putant, quanquam Theodorus Gaza hanc fulicam vertit, illam gauiam. Ea quoniam facile decipitur illiciturque, proinde prouerbio locum fecit.

585 [A]

ISSA

2560

Ἴσσα, id est *issa*, prouerbialis erat acclamatio in eos, quibus ζ litera sorte cecidisset quique modis omnibus essent infortunati. Haec Suidas, [B] qui prouerbum citat ex Mesenia Menandri, testatus et alibi vsurpatum apud
 590 Martianus Capella in Nuptiis Philologiae et Mercurii testatur hanc literam inuisam fuisse Appio Claudio, quod dentes mortui, dum exprimitur, imitetur.

[A]

IPSO HORREO

2561

Quod prolixè et affatim datur, *ipso horreo* dari dicitur, quemadmodum ipso canistro, propterea quod ex horreo plenius depromitur quam e choenice. [B]
 595 Simile illi: [C] Ἐκ πίθου ἀντλαεῖς, id est [B] *E dolio bauris*.

551 bubulo B-I: bubalo A.

555 est B-I: om. A.

563 et apud G-I: ac F.

580 paludibus B-I: misericordiis A.

581 ἔλεσι B-I: ἔλεσι A; paludibus B-I: misericordia A.

582 eandem A-G: eadem H I.

585 *Inter Adag. 2559 et 2560 in A hoc legitur adagium in posterioribus editionibus omissum:*555 *polyrumque ... imitari Cf. Adag. 93 (Polypimentem obtine).*

2556

557 Suid. αἰγίς 60; 61.

558 Pherecrates fr. 117 Kock bei Suid. αἰγίς 61 (αἰγίς, αἰγίς ἔργεται).

559-560 *pelliceum ... Afri* Suid. αἰγίς 59.560-561 *praeterea ... Dorica* Die Angabe beruht wohl letztlich auf Aeschyl. *Choeph.* 593 (Chor). Suid. αἰγίς 61 gibt als Erklärung *καταιγίς*, Suid. *καταιγίς* 890: ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ, λέγεται δὲ καὶ ἡ ζάλη.

561 ἐπαιγίζειν Suid. ἐπαιγίζων 2006: σφοδρῶς πνέων.

561-565 *Alii malunt ... uxores* Nach Suid. αἰγίς 60.563 *ait* Sc. Suidas.

Hdt. IV, 189.

Lycurg. fr. 23 Baiter-Sauppe.

2557

569 Suid. λόχη 715 (aus Aristoph. *Lys.* 800 und Schol. 804).570 *alibi Adag.* 1866 (Phormionis tori).2558 Cf. *Adag.* 2540.574 Suid. λέοντα 250 (aus Astrampsychus, p. 98 Scaliger in *Oracula metrica, a Ioanne Orpoboeo collecta*, Paris, 1607: λέοντας εἰδεῖν).579 *Et ... monachum* Die Vermutung, die by-

Laterna punica. Est apud Plautum in garulum quempiam ac dissimulandi non satignarum: Pellucet vt laterna punica. Terentius a vase rimoso mutuatus est metaphoram: Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.

587 quique ... infortunati B-I: ac de per omnem modum infortunatis A.

590 testatur B-H: testantur I.

zantinischen Lexikographen seien Mönche gewesen, ist zugleich ein Seitenhieb auf den Aberglauben von Mönchen.

2559

581 Suid. λάρος 128. Apost. 10, 48.

582-583 *Ductum ... putant* Nach Schol. Aristoph. *Plut.* 912.583 Theod. Gaza in der Übersetzung von Aristot. *Hist. an.* VIII, 3, p. 593 b 14.583-584 *Ea ... fecit* Ebenfalls nach Schol. Aristoph. loc. cit.

2560

585 (app. crit.) Das Adagium „Laterna Punica“ wurde 1508 aus *Collect.* 217 übernommen. Die darin erwähnten Komikerstellen sind Plaut. *Aul.* 566 und Ter. *Eun.* 105.

586 Suid. Ἴσσα 605.

586-587 *quibus ... cecidisset* Nach der Lesart ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων in der Mailänder Suidasausgabe von 1499. Die neueren Ausgaben ändern nach Phot. s.v. Ἴσσα in ἐπὶ τῶν ἀπολαχόντων.

588 Menandr. fr. 273 Körte (ἐν Μεσσηνίᾳ).

590 Mart. Cap. III, 261.

2561

593 Plaut. *Men.* 15.595 *illi Adag.* 1087.

[A] IN TVA IPSIVS HARENA 2562

LB 861 *In tua ipsius harena*, id est: In tua ipsius arte. Sumptum a gladiatoribus solitis in harena digladiari. Neque vero parui referebat horum, nota an ignota dimicarent harena.

600 [A] IN SALTU VNO DVOS APROS CAPERE 2563

In saltu vno duos apros capere est eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in *Casina*:

Iam ego vno in saltu lepide apros capiam duos.

[A] IGNIS AD TORREM 2564

605 Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν, id est *Ignis ad torrem veniens*. De negotio, quod raptim facileque conficitur, quasi cum vitro ignis ad torrem transuolat ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus. Simile fuerit: Ignis ad naphtham. Est autem naphtha bituminis genus, ad quod flamma vel e longinquo transuolat.

[A] HIPPOLYTVM IMITABOR 2565

610 Ἴππόλυτον μιμήσομαι, id est *Hippolytum imitabor*. Diogenianus in prouerbiorum collectaneis ait dictitatum de iis, qui statuissent pure casteque viuere. Nota est fabula vel apud Euripidem vel apud Senecam, quemadmodum is iuuenis odio foeminei generis Dianae studiis sese totum addixerit despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidem:

615 Τὴν σὴν δὲ Κύπριν πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω, id est
Veneri tuae longum valere renuncio.

[A] NIHIL AGERE 2566

Suidas hunc versiculum citat e Cratini fabula, cui titulus Horae:

620 Καὶ ταῦτα πράττων φάσκει ἄνθρωπος οὐδὲν ποιῶν, id est
Atque ista faciens quidam ait faciens nihil.

Admonetque subesse prouerbum, quod quadret in eos, qui frustra laborent. Apud Latinos item *nihil agunt*, qui sumunt inanem operam, [B] vt apud Terentium: *Caeterum hoc nihil agit*. [A] Celebratur et illud Attilii: *Satius est ociosum esse quam nihil agere*.

625 [A] HERCVLIS COTHVRNOS APTARE INFANTI 2567

Herculis personam aut cothurnos aptare puero est minimis applicare maxima, quae

nequaquam vel congruant vel deceant, veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. Quintilianus libro sexto de peroratione: *Nam in paruis quidem litibus has tragoedias mouere tale est, quasi si personam Herculis et cothurnos aptare infantibus velis.* Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai non admodum ab hoc alienum. Cui cum sophista quispiam hoc nomine laudaretur, quod res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is vel cerdonem bonum sibi videri, qui paruo pedi magnum induceret calceum, significans orationem oportere cum re congruere, non aliter quam vestis conuenire debet corpori.

[A]

GRUES LAPIDEM DEGLVTIENTES

2568

Αἱ γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι, id est *Grues lapillos deglutientes*. Suidas ex Aristophane citat ostendens dici solitum de iis, qui summa prouidentia gerunt negocium. Idque inde in vulgi sermonem venisse, quod gruibus hic mos sit, vt,

598 ignota G-I: in ignota A-F.

602 Casina F-I: Cassina A-E.

603 lepide ... duos F-I: duos apros capiam A-E.

623 Attilii F-I: om. A-E.

629 mouere B-I: monere A.

630 aptare ... velis F-I: aptares infanti A-E.

636 deglutientes B-I: deiicientes A.

637 deglutientes B-I: deiicientes A.

2562 *Collect.* 387 (In tua ipsius te harena supero).

597 *Collect.* loc. cit. führt als Quelle Poliziano an: „Et eos in ipsorum (quod dici solet) harena superabant“: Politian. *Epist.* XII, 5 (p. 168, ed. Basil., 1553). Vermutlich liegt bei diesem Plin. *Epist.* VI, 12, 2 zugrunde: „in harena mea, hoc est apud centumuiros“. Cf. *Adag.* 883 (In harenam descendere), wo die Pliniusstelle angeführt ist.

2563 *Collect.* 74. Otto 124.601 Plaut. *Cas.* 476.

2564

605 Diogen. 7, 82.

605-606 *De negotio ... conficitur* Nach Diogen. loc. cit.

607 *Ignis ad naphtham* Wahrscheinlich Neubildung von Er. Zur Sache cf. Plin. *Nat.* II, 235; XXIV, 158; XXV, 179. Er. erwähnt die Erscheinung auch *De rat. stud.*, ASD I, 2, p. 128, l. 8: „vt magnes ad sese ferrum attrahit, naphtha ignem“.

2565

610 Diogen. 5, 32.

612 Eur. *Hipp.* und Sen. *Phaedr.*614 Eur. *Hipp.* 113.2566 Cf. *Adag.* 4121 (Liber non est, qui

non aliquando nihil agit).

618 Suid. ταῦτα 173: Cratinus fr. 252 Kock (καὶ von Er. aus Gründen der Metrik hinzugefügt). Der Satz, ebenso die wörtliche Übersetzung von Er., ist in dieser Form unverständlich (cf. Bernhardy zu Suid.). Kock und Edmonds schreiben (nach Dobree) Ταῦτ' αὐτὰ πρᾶττω 'φάσκ' ἀνήρ οὐδὲν ποιῶν. Cf. Strömberg, *Greek Proverbs*, p. 32.

622-623 *apud Terentium* Er. denkt wohl an Ter. *Ad.* 167: „ceterum hoc nihil [sic codd.] facis“; dabei ändert er das Verbum nach dem bekannten „Nihil agis“ (z.B. Hor. *Serm.* I, 9, 15).

623 *illud Attilii* Plin. *Epist.* I, 9, 8. Cf. Er. *Apophth.* VIII, Attilius 23, LB IV, 358 AB.

2567 *Collect.* 781 (Paruo pedi magnos calcios circumdare). Otto 1387, cf. Otto 297.

626 Quint. *Inst.* VI, 1, 36.

630 Plut. *Mor.* 208 c. Er. *Apophth.* I, Agesilaus 5, LB IV, 94 B.

2568

637 Suid. γέρανοι 184 aus Aristoph. *Av.* 1137 und Schol. zur Stelle.

639-644 *Idque ... interquiescunt* Nach Suid. loc. cit.

- 640 quoniam admodum sublimes volant magnoque ferantur impetu neque possint
deorsum aspicere, lapillos gessent, quos, si quando fatigari coeperint inter
volandum, ex alto deiiciant, quo videlicet e cadentium strepitu percipiant,
vtrum supra terram an supra mare volent. Quod si lapillus in mare deciderit,
pergunt viam, sin in terram, interquiescunt. Nec his dissimilia refert Plinius
645 libro decimo, capite vigesimotertio: *Quando proficiscuntur, inquit, consentiunt.*
Volant ad prospiciendum alte, ducem quem sequantur eligunt. In extremo agmine per
vices qui acclament dispositos habent et qui gregem voce contineant. Excubias habent
nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens indiligentiam
sono coarguat. Caeterae dormiunt capite subter alam condito alternis pedibus insistentes.
650 *Dux erecto prouidet collo ac praedicat.* [F] Ac paulo post: *Certum est, inquit, Pontum*
transuolaturas primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopum et
Carambin, mox saburra stabiliri. Quum medium transierint, abiici lapillos, cum
attigerint continentem, et e gutture arenam. [A] Hactenus Plinius. Porro locus,
quem Suidas citat, est in Auibus Aristophanis:

- l.B 862 Ἐκ μὲν γε Λιβύης ἤκον ὡς τρισμύρια
656 Γέρανοι θεμελίου καταπεπωκυῖαι λίθους, id est
Venere gruum terdena ferme millia
Libycis ab oris, deuoratis maximis
Saxis.

- 660 [H] Interpres hoc loco eadem ferme quae Suidas.

[A]

FORTVNA AESTVARIA

2569

Τύχη Εὐριπος, id est *Fortuna Euripus* siue volubilis, quod vicissim nunc huic
fauere soleat nunc illi. De qua Boeotius:

Exaestuantis more fertur Euripi.

- 665 De mari Euripo alio diximus loco. [F] Quemadmodum autem mare habet
accessus ac recessus aestuarios, ita nihil est in rebus humanis perpetuum.
Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit quam Euripus. Pindarus in
Pythiis hymno tertio metaphoram sumpsit a ventis: Χρῆ πρὸς μακάρων
τυγχάνοντ' εἶ πασχέμεν. "Ἄλλοτε δ' ἄλλοῖαι πνοιαί ὑψιπετᾶν ἀνέμων. "Ὀλβος δὲ
670 οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται, id est *Oportet vbi contigerit a diis frui. Caeterum alias*
alii sunt ventorum flatus. Felicitas autem mortalium non venit diu mansura. Interpres
citat versus Euripidis:

- Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτοῖς αἱ συμφοραί,
Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἄει ῥώμην ἔχει, id est
675 *Quin et laborant calamitates hominibus,*
Nec habent vigorem semper aurae flamina.

[A]

FORES APERIRE

2570

- 'Ανοίγειν τὴν θύραν, id est *Fores aperire*, prouerbio dicebatur, qui rei cuiuspiam ingressum initiumque patefaceret. Plinius auunculus [F] lib. ii. cap. viii.: [A]
 680 *Obliquitatem eius intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur.* Indicauit hoc adagium Plutarchus in *Symposiacōn* decade secunda: "Ελαθες γάρ, ὦ Φίρμε, τὸν κόσμον ἀντὶ τῆς παροιμιακῆς θύρας ἐπὶ σεαυτὸν ἀνοίξας, id est *Imprudens, Firme, mundum pro ianua prouerbiali in teipsum aperuisti.* [B] *Fenestram aperire* in eandem sententiam est apud Terentium.

685 [A]

TVA RES AGITVR, CVM PROXIMVS ARDET PARIES

2571

Et hodiernis temporibus indocto vulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum, cum vicini domus ardet. Admonet prouerbium, vt ex alterius malo sumamus exemplum alienoque periculo discamus nostris rebus consulere. Sumptum est ex Horatianis Epistolis:

690

*Ecquid**Ad te post paulo ventura pericula sentis?**Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.*Et Vergilius: *Iam proximus ardet Vcalegon.*

640 possint C-I: possunt A B.

644 Nec ... refert F-I: Hoc commentum verum sit an friuolum, aliis expendendum relinquo. Certe A-E.

645 vigesimotertio F-I: vigesimotertio narrat quiddam de gruibus, quod longe vero propius esse videatur nec minus arguat eius animantis diligentiam A-E.

644 Plin. *Nat.* X, 58 sq. (645 *profiscuntur*: *profiscuntur* edd. vet.; 648 *laxatus: lassatis* edd. vet.; 648-649 indiligentiam coarguat: *sono* setzt Er. verdeutlichend hinzu).650 Plin. *Nat.* X, 60 (652 abici lapillos e pedibus).654 Suid. loc. cit.: Aristoph. *Av.* 1136 sq.660 *Interpres* Schol. Aristoph. *Av.* 1137.

2569

662 Suid. τύχη 1234, cf. Apost. 3, 18.

663 Boeth. *Consol.* II, metr. 1, 2.665 *alio ... loco Adag.* 862 (Euripus homo). Cf. *Nachträge zu Otto*, pp. 21 sq.; 247.667 Pind. *Pyth.* 3, 104 sqq. (ἄλβος οὐκ: ἄλβος δ' οὐκ Ald. 1513).671 *Interpres* Schol. Pind. *Pyth.* 3, 187.672 Eur. *Herc.* 101 sq.2570 *Collect.* 160 (Fores aperire).678 Plin. *Nat.* II, 31, griechisch nach Plut.

652 Carambin H I: Caramben F G.

658-659 deuoratis ... saxis C-I: quae lapillos aethere iecere ab alto A, quae saxa deuorantur Hercle ingentia B.

663 Boeotius B-I: Boeotius A, Boetius s, cf. *Adag.* 862 (LB II, 357 B).

664 Exaestuantis B-I: Exstuantis A.

665 Euripo C-I: om. A B.

Mor. 636 f (infra l. 681).679 Plin. loc. cit. *Obliquitatem eius* meint die Ekliptik.

680 Anaximander A 5 Diels.

681 Plut. loc. cit.

684 Ter. *Heaut.* 481: „Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.“ Cf. *Adag.* 303 (Fenestram aperire et similes metaphorae) und schon *Collect.* 484.2571 *Collect.* 156. Otto 1343.686 *hodiernis temporibus* Cf. S. Singer, *Sprichwörter des Mittelalters* II, Bern, 1946, p. 49 sq., Nr. 109, der zahlreiche volkssprachliche Belege aus dem französischen, katalanischen, italienischen, deutschen und niederländischen Mittelalter vom 13. Jh. an beibringt.689 Hor. *Epist.* I, 18, 82 sqq.693 Verg. *Aen.* II, 311 sq.

[A] FONTIBVS APROS, FLORIBVS AUSTRVM 2572

695 Dubium non est, quin ad prouerbiorum classem pertineat, quod est apud Maronem in carmine Bucolico:

*Eheu, quid volui misero mihi? floribus austrum
Perditus et liquidis immisi fontibus apros.*

700 Vbi quis optat nocitura. Nam ventus floribus inimicissimus, praecipue auster ob violentiam.

[A] OLLARIS DEVS 2573

Χυτρεοῦς θεός, id est *Ollaris deus*. Dicebatur in hominem humilem et contemptae sortis. [F] Aristophanes in *Nubibus*:

705 "Οτε καί σε χυτρεοῦν ὄντα θεὸν ἠγγεσάμην, id est
Quando arbitrabar te quoque ollarem deum.

[B] Magni dii ebore, auro et argento sculpebantur. At plebei illi et minutuli, quod genus sunt Silenus et Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam et luto, quo videlicet argento finguntur et ollae. Vnde non inepte quadrabit in eum, qui studeat haberi inter aulicos optimates, sed nec opibus
710 pollens nec autoritate valens apud principem. Cognatum est illi: Καὶ κόρκορος ἐν λαχάνοις, id est *Corcorus inter olera*, aut illi: Οὐδὲν ἱερόν, id est *Nihil sacri*. Refertur in Zenodoti collectaneis.

[A] OETAEVVS GENIVS 2574

LB 863 Οἰταῖος δαίμων, id est *Oetaeus genius*. Diogenianus ait ferociam et arrogantiam
715 huic daemioni vehementer inuisam fuisse nec inultam sinere solitum. [G] Vnde tumidis ac praeferocibus minitabantur Oetaeum daemone. Collectanea vulgata prouerbium referunt ad autorem Clearchum. [C] Est autem Oeta mons finitimus Trachini atque eodem nomine ciuitas Meliensium. [A] Proinde similis erit huius vsus prouerbii, qualis est illius: *Aderit Temessaeus genius*.

720 [A] VEL HOSTI MISERANDVS 2575

Suidas huiusmodi verba ex autore quoriam citat: "Ὡστε κατὰ τὴν παροιμίαν κἂν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι θεασάμενον τὴν τότε περιπέτειαν τοῦ ἀνθρώπου, id est *Vt iuxta prouerbium etiam miseraturus fuerit hostis, si praesentem vidisset hominis casum*. Est autem hyperbole, nam hostis non facile commouetur misericordia. [F] Ita
725 Vergilius in duodecimo: *Vel Priamo miseranda manus*. Item in secundo:

*Quis talia fando
Myrmidonum Dolopumue aut duri miles Vlyssi
Temperet a lachrymis?*

[C] Confine illi *Quod vel ipse probet Momus.*

730 [A]

AEQVALES CALCULI

2576

Ἰσαὶ ψῆφοι, id est *Aequales calculi*, si quando parum abest, vt condemnetur aliquis, et tamen absoluitur, aut cum nutat animus ambigitque, vtram in partem se deflectat, rationibus hinc atque hinc velut ex aequo adhortantibus ac deterrentibus. Quemadmodum est apud Terentium:

702-703 in hominem ... sortis B-I: impotens et contemptus, sumptum a vasis testaceis A.

711 Corcorus H I: Et Corcorus B-G.

712 in Zenodoti F-I: et hoc in iisdem B-D, et hoc in iisdem Zenodoti E.

713-719 Cf. *app. crit. ad Adag. 2005.*

714-715 ferociam ... solitum G-I: hunc ferocitatem [ferociam F] et arrogantiam non sinere inultam A-F.

715 inultam sinere solitum G-I: sinere inultam. Nec praeterea quicquam asscribit C-F.

723 hostis B-I: om. A.

2572 *Collect.* 812 (Apros fontibus immittere); 811 (Floribus austrum immisisti). 696 Verg. *Ecl.* II, 58 sq. (heu heu: eben die alten Ausgaben).

2573

702 Apost. 18, 44 χυτρεοῦς θεός καὶ χυτρεοῦς ἄνθρωπος: ὀστράκινος, εὐτελής (cf. *App. prov.* 5, 34). Suid. χυτρεοῦν 617 (= Schol. Aristoph. *Nub.* 1474).

703 Aristoph. *Nub.* 1474, von Suid. loc. cit. zitiert.

708 quo ... argento Nach Ov. *Met.* VIII, 668 sq.: „caelatus eodem / ... argento crater“ (von einem Tongefäß).

710 illi *Adag.* 621.

711 aut illi *Adag.* 737.

712 *Refertur in Zenodoti collectaneis* Der Satz ist irreführend, insofern man ihn auf das ganze Adagium bezieht. Bei Zenobius finden sich nur die zwei als Parallelen angeführten Beispiele: Καὶ κόρκος 4, 57 und Οὐδὲν ἱερὸν 5, 47. Die ursprüngliche Fassung in B bis D (cf. *app. crit.*) *Refertur et hoc in iisdem collectaneis* bezog sich klar auf das letztgenannte Proverbium. Er wollte damit sagen: in der gleichen Sammlung wie χυτρεοῦς θεός, also Apostolius. Tatsächlich findet sich Οὐδὲν ἱερὸν sowohl bei Zenobius wie bei Apostolius (13, 34). Da es Er. jedoch möglichst vermeidet, Apostolius zu nennen (cf. *Adag.* 2085, n.l. 667-668), ersetzte er die anonyme Quellenangabe

durch den Hinweis auf Zenobius.

2574 In A-F war dieses Adagium wesentlich zweimal, in verschiedener Form, enthalten, als *Adag.* 2005 und *Adag.* 2574 (in A: 2575). Cf. *app. crit. zu Adag.* 2005, ll. 544-548.

714 Diogen. 7, 23.

716-717 *Collectanea vulgata* Damit bezeichnet Er. hier die sonst als Zenodotus oder Zenobius zitierte Sammlung der Aldina 1505, hier col. 128 (= Zenob. 5, 44). Die Sammlung nennt im Titel weder Zenodotus noch Zenobius als Autor (cf. *Adag.* 2074, n.l. 514; 2536, n.l. 361).

717 Clearch. fr. 65 Wehrli.

717-718 *Est autem ... Melensium* Nach Steph. Byz. Οἴτη.

719 illius *Adag.* 88.

2575

721 Suid. περιπέτεια 1242: anonymes Zitat aus Polyb. XXXVIII, 16, 7.

725 *Vergilius in duodecimo* Vielmehr *Aen.* XI, 259.

Verg. *Aen.* II, 6 sqq.

729 illi *Adag.* 474 (Momo satisfacere et similia), *LB* II, 210 F-211 A.

2576

731 Suid. ἴσαι 623.

731-732 *si quando ... absoluitur* Nach Suid. loc. cit.

734 Ter. *Andr.* 266 (dum in dubio, auch die alten Ausgaben).

735 *Cum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur.*

Suidas ostendit metaphoram sumptam a prisca consuetudine iudiciorum, qua reus aequalibus iudicum sententiis absoluebatur, at non citra periculum. Cur autem potius absoluendum quam damnandum reum veteres existimarint, cum pares essent sententiae, multas causas reddit Aristoteles in problemate quodam. Multis enim nominibus visum est conuenire, vt reliquis paribus reo magis quam actori faueatur: Vel quod accusator accedit paratus ac praemedi-
 740 tatus, reus ad multa non praeuisa compellitur respondere. Vel quod consentaneum sit reum, vt qui maiore periculo dicat, ob metum quaedam praetermississe potius quam actorem. Vel quod in ancipiti negotio potius ad eam partem oporteat vergere, vbi, si forte sit erratum, peccetur leuius. At minus est malum absoluere nocentem quam innocentem damnare, praesertim in capitalibus causis, vbi, si contingat errare iudicem, non est quo sarciat in posterum erratum suum extincto iam homine. Contra, si elabatur nocens, poterit alio iudicio poenas dare. Vel quod accusatio propior est suspicioni malevolentiae
 745 quam defensio; quare, cum in caeteris nihil appareat discriminis, de actore potius male iudicamus quam de reo. Haec et alia quaedam huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur vt tutissimo liberatur a causa, qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse videtur, qui paribus calculis iam quasi fauore quodam elabatur.

755 [A]

LVSCINIAE DEEST CANTIO

2577

Lusciniae deest cantio. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas: Mulieri desunt verba, poetae versus, oratori color, sophistae cauillum. Nulla enim auium aequae canora atque luscinia, etiam foemina, sicuti testatur Plinius [B] libro decimo, capite vigesimonono. Sed haud fuerit alienum ipsius verba subscribere. *Lusciniis, inquit, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta vox tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus, deinde in vna perfecta musicae scientia modulatus aeditur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, 760 infuscatur ex inopinato; interdum et secum ipsa murmurat, plenus, grauis, acutus, creber, extentus; vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitauit. [A]* Plautus in Bacchidibus:

Ego quoque pol metuo, ne lusciniolae defuerit cantio.

LB 864 [A]

EGO EX BONO IN BONVM TRADUCTVS SVM

2578

771 Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετήνεγκα, id est *Ego quidem e bono in bonum transii.* Suidas indicat dici solitum de his, qui bonum institutum bono

775 commutant. Innuit autem natum a quodam, qui ex bono citharoedo factus sit poeta tragicus. Est enim poetica musicae confinis arti, vnde et musicam artem poeticen vocavit Terentius. [F] Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

[A]

ANGVILLAS CAPTARE

2579

780 Ἐγγέλεις θηρᾶσθαι, id est *Anguillas venari*, dicuntur, qui priuati compendii causa cient tumultus. Inde ducta similitudine, quod, cum aqua stat immota, nihil capiunt, qui captant anguillas, cum vero sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo rei publicae statu nihil est emolumentum. Proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum vertant commodum. Prouerbiū extat apud Aristophanem in Equitibus:

785 Ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγγέλεις θηρώμενοι πέπονθας.
 Ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῆ, λαμβάνουσιν οὐδέν·
 Ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
 Αἰροῦσι· καὶ σὺ λαμβάνεις, ἣν τὴν πόλιν ταραττῆς, id est
Nanque accidit tibi, quod anguillas qui aucupantur.
 790 *Vbi quieta stat palus, nil piscium reportant,*
Contra lutum si mouerint sursum atque item deorsum,
Capiunt; ita ipse capis, vbi rem publicam inquietas.

745 sit A-C: om. D-I.

757 cauillum B-I: camillum A, corr. s.

758 atque B-I: sicuti A.

764 intorto C-I: incerto B.

772 his B-I: iis A.

777 Anguillas H I: Anguillam A-G.

739 Aristot. *Probl.* 29, 13, p. 951 a 20 sqq.2577 *Collect.* 85 (Ego quoque pol metuo ne lusciniolae defuerit cantus). Otto 991.756 Nach Plaut. *Bacch.* 38 (infra l. 768).758 Plin. *Nat.* X, 81 (762-763 musica scientia; 764 promittitur reuocato; 765 ipse murmurat). Mit den Lesarten *musicae, reuocatur* und *ipsa* folgt Er. den zeitgenössischen Ausgaben; auch die Pliniusausgabe Frobens von 1525, an der Er. selbst beteiligt war (Ep. 1544), gibt diesen Text. Die reiche Modulation der Nachtigallenstimme wird, unter Berufung auf dieselbe Pliniusstelle, auch *Adag.* 93, *LB* II, 64 C erwähnt.768 Plaut. *Bacch.* 38 (pol ego quoque metuo lusciniolae ne defuerit cantio edd. vett.: Die von Er. wohl aus metrischen Gründen vorgenommene Umstellung befriedigt

nicht. Die modernen Herausgeber schreiben „pol ego metuo“ oder „pol quoque metuo“).

2578

771 Suid. ἐγώ 154. Nach Schol. Aristoph. *Ran.* 1298.772 *transii* Er. fasst offenbar das transitive μετήνεγκα intransitiv auf.773-774 *Innuīt ... tragicus* Ungenau nach Suid. loc. cit.: ἐκ τοῦ κίθαρῶδικοῦ καλοῦ ὄντος εἰς τὸ τραγικόν.775 Ter. *Phorm.* 17.Aristoph. *Ran.* 1298: Ἄλλ' οὖν ἐγὼ μὲν εἰς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ / Ἦνεγκον αἴθ'.

2579

778 Suid. ἐγγέλεις θηρώμενος 174 aus Schol. Aristoph. *Equ.* 865.779-781 *Inde ... capiunt* Nach Suid. loc. cit.785 Aristoph. *Equ.* 864 sqq.

[C] Hanc artem heu nimium callent principes quidam, qui consilio tyrannico
 795 dissidia serunt inter ciuitates aut bellum aliquod alicunde suscitant, quo
 licentius mulctent miseram plebeculam et innocentissimorum ciuium fame
 suam expleant ingluuiem.

[A] EGO FACIAM OMNIA MORE NICOSTRATI 2580
 Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον, id est
Ego cuncta more fecero Nicostrati.

800 Pro eo, quod est egregie. Nam hunc Nicostratum aiunt comoediarum actorem
 fuisse talem, qualis apud Romanos praedicatur fuisse Roscius. Itaque propter
 artis famam in vulgi sermonem abiit. Suidas prouerbii titulo recenset.

[A] DUPLEX CAPPA 2581
 805 Διπλοῦν κάππα, id est *Duplex cappa*, velut aenigma, quo malum aliquod
 significabant. Siquidem gemino cappa scribuntur κακά. Simili figura Plautus
 furem *trium literarum hominem* appellauit.

[A] TRIA CAPPA PESSIMA 2582
 810 Τρία κάππα κάκιστα, id est *Tria pessima cappa*. Iactatum et hoc olim aenigmatis
 vice, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium et
 Cilicum. [G] Augustinus in Grammaticis indicat fuisse tortum in Cornelium
 Syllam, Cornelium Cinnam et Cornelium Lentulum. Creditumque est in libris
 Sibyllinis horum nomina tribus hisce literis fuisse designata. Est autem
 clausula carminis heroici.

[A] TEMVLENTVS DORMIENS NON EST EXCITANDVS 2583
 815 Prouerbii speciem habet, quod admonet Theognis sopitum ebrium non
 oportere excitari somno. Simillimum est autem illi: Κακὸν εὖ κείμενον μὴ κινεῖν,
 [B] id est *Malum bene conditum ne moueas*. [A] Non est refricandum odium, cui
 iam tempus induxit obliuionem. Non est renouandum animi vulnus, cui iam
 obduci cicatrix coepit. Theognidis carmen sic habet:

820 Μηδ' εὔδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη, ὄντινα ἡμῶν
 Θωρυχθέντ' οἴνω μαλθακὸς ὕπνος ἔχει, id est
Ne cuiquam e nobis somnum depelle, Simonida,
Oppressum vino quem sopor altus habet.

[A]

VTROQUE NVTANS SENTENTIA

2584

LB 865 Δίσχωλοι γνῶμαι, id est *Vtroque claudicantes sententiae* aut *Animus huc atque illuc*
 826 *versatilis*. [B] Sic enim arbitror legendum, δίσχωλος per ω magnum, vt sit *vtroque*
claudicantes. Nam in vulgatis libris per ο micron scriptum repperi. Conueniet
 igitur in hominem lubricae fidei et incertarum partium, [G] in quem congruet
 illud Homericum:

830 Ἄλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἴζει, id est
Claudicat incessu pedibusque vacillat vtrisque.

[A] Refertur a Zenodoto.

[A]

DICTVM AC FACTVM

2585

Ῥεχθὲν καὶ παραχθὲν, id est *Dictum ac factum*. Prouerbialis figura, qua nihil in

793 nimium *D-I*: nimirum *C*; quidam *H I*:
 horum temporum *C-G*.

824 nutans *B I*: versatilis *A*.

825 Δίσχωλοι *B-I*: Δίσχολοι *A*; γνῶμαι *B-I*:
 γνῶναι *A*, corr. s; claudicantes sententiae

C-I: versatilis sententia *A*, claudicans sen-
 tentia *B*.

826 versatilis *B-I*: versatilis. χόλος ira est, et
 ira motus est animi *A*; ω magnum *G-I*: ο
 magnum *B-F*.

793-796 *Hanc artem ... ingluuiem* Der Zusatz
 von 1517 (*C*) entspricht der Darlegung in
Adag. 2201 (Sileni Alcibiadis), ll. 608-610
 und in *Adag.* 812 (*A* mortuo tributum
 exigere), LB II, 338 *C*. Zur Milderung *prin-*
cipes quidam (1533) gegenüber dem ur-
116-121 *vt diui ... triumphatoribus* Cf. *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 178, l. 365 sqq., wo im Kapitel „De adulatione vitanda principi“ Titel wie „*inclytus*“, „*inuictissimus*“, „*triumphator*“, „*semper augustus*“ abgelehnt werden; ferner *Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis), l. 191 sqq.; 2597, ll. 973-976.

121 *ab alea ... scortis* Er. *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 186, l. 628 sqq., weist darauf hin, dass der Fürst „*studio voluptatis, libidinis, vinolentiae, aleae*“ etc. sich Verachtung zuziehe.

122-124 *Nec est ... fiscum* Dies ist das Thema von *Adag.* 812 (A mortuo tributum exigere); cf. dazu den Kommentar von S. Seidel Menchi, *op. cit.*, und *Inst. princ. Christ.*, *ASD* IV, 1, p. 194, l. 861 sq. im Kapitel „De legibus condendis aut emendandis“: „*Cauendum, ne quid oleant [sc. leges] fisci lucrum*“.

124-125 *in dolium pertusum* Cf. *Adag.* 360 (Cribro aquam haurire), *Adag.* 933 (Inexplebile dolium) und *Adag.* 812, *LB* II, 338 C.

visceribus se suosque saginent pullos. Age, si quis mihi iam physiognomon non omnino malus vultum ipsum et os aquilae diligentius contempletur, oculos avidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontem toruam, denique illud, quod Cyrum Persarum regem tantopere delectabat in
 130 principe γρυπόν, nonne plane regium quoddam simulacrum agnoscet, magnificum ac maiestatis plenum? Accedit huc et color ipse funestus, teter et inauspicatus, fusco squalore nigricans. Vnde etiam quod fuscum est ac subnigrum, aquilum vocamus. Tum vox inamoena, terribilis, exanimatrix, ac
 135 minax ille querulusque clangor, quem nullum animantium genus non expauescit. Iam hoc symbolum protinus agnoscit, qui modo periculum fecerit aut viderit certe, quam sint formidandae principum minae vel ioco prolatae, et quantopere contremiscant omnia, quoties huiusmodi vox intonuit aquilina:

Εἰ δέ κε μὴ δώσωιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι
 Ἦ τερὸν ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος
 140 Ἄζω ἐλών· ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἴκωμαι.

Aut illa non minus βασιλική:

Μὴ νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ἔσοι θεοί εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ,
 Ἄσπον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.

Ad hunc, inquam, aquilae stridorem ilico pauit at omne vulgus, contrahit sese
 145 senatus, obseruit nobilitas, obsecundant iudices, silent theologi, assentantur iureconsulti, cedunt leges, cedunt instituta: nihil valet nec fas nec pietas nec aequitas nec humanitas. Cumque tam multae sint aues non ineloquentes, tam multae canorae tamque variae sint voces ac modulatus, qui vel saxa possint flectere, plus tamen omnibus valet insuavis ille et minime musicus vnus
 150 aquilae stridor. Quanquam est vnum aquilarum genus, quod impense placuit Aristoteli, fortassis ob id, quod talem optarit pullum suum Alexandrum, haud multo minus praedabundum ac vorax, at paulo tamen tum modestius tum taciturnius et omnino plusculum habens humanitatis, quippe quod pullos etiam suos educet; nam caeterae faciunt, quod impii solent parentes, qui
 155 foetus suos exponunt, cum tigrides etiam catulos tollant suos. Atque eam ob causam γνήσιον appellant, quasi germanum ac vere ingenuum dicas. Vidit hoc genus Homerus et oculis captus. Nam μελάνωτον appellat ac θηρευτήν, id est *nigro tergo* ac *venatricem*, videlicet epithetis aptissime quadrantibus in tales principes, qualis fuit Nero, qualis Caligula aliique nimium multi. At horum
 160 aliquot quanto per Iouem γνησιώτεροι ac prope dixerim plus quam aquilini, qui cum diis proximi sint ob sceptrum ac maiorum imagines, tamen aliquoties plebeis etiam homunculis blandiri quoque sustinent ac prope dixerim parasitos agere, modo praedae spes sit non aspernandae.

Iam et viuacem esse aquilam ab autoribus proditum est. Ea tamen cum ad
 165 extremam peruenerit senectutem, nihil adhuc sitit nisi sanguinem, cuius suctu vitam omnibus inuisam prorogat, nimirum *rostro superiore adeo increscente*, vt

carnes depasci non possit. Atque hinc ortum est adagium illud notissimum
 Ἄετοῦ γῆρας in senes aetate vinosiores, cum alioqui omne ferme genus hoc
 B 872 auium, quibus adunci sunt ungues, aut non bibant omnino aut certe perquam
 170 raro, siquidem Aristoteli credimus. Et tamen hae, si quando bibunt, aquam
 bibunt. Sola aquila sanguinem sitit. Ergo rostro intorto natura certe non
 semper nouerca reliquis animantibus vtcunque consuluisse videtur et inexple-
 bili voracitati modum aliquem imposuisse. Quemadmodum et hac ratione
 prospexit, quod non sinat aquilam oua parere plura tribus nec pullos alere
 175 plures duobus. Atque adeo, si Musei versiculo credimus, quem testem adducit
 Aristoteles,

Excludit binos, aedit terna, educat vnum.

Atque per hos ipsos dies, quibus incubat, incubat autem ferme tricenos,
 180 naturae prouidentia *cibum illis negauit*, inuersis interim et unguibus, *ne videlicet
 omnium ferarum foetus raperentur*. Itaque per id tempus *pennae albescunt inedia*.
 Atque hinc odium in foetus proprios. Verum hoc in Romanis aquilis optare

126 physiognomon I: physionomos B-H.

143 ἐφείω D-I: ἐφείω B-C.

158-159 in tales ... multi H I: in principum
 vulgus B-G.

159 horum H I: nostrum B-G.

162 sustinent I: possunt B-H; parasitos H I:
 parasitum B-G.

163 sit non C-I: non sit B N.

181 Romanis H I: nostris B G.

126 *physiognomon* Cf. Cic. *Fat.* 10: „Zopyrus
 physiognomon, qui se profitebatur homi-
 num mores naturasque ex corpore, oculis,
 vultu, fronte pernoscere.“

129-130 *Cyrum* ... γρυπὸν Er. hat Plut. *Mor.*
 172 e missverstanden: Πέρσαι τῶν γρυπῶν
 ἔρωσι ... διὰ τὸ Κύρον ἀγαπηθέντα μάλιστα
 τῶν βασιλέων γερονέαι γρυπὸν τὸ εἶδος.

132-133 *fuscum* ... *aquilum* Nach Paul. *Fest.*,
 p. 22 M. s.v. aquilus.

138-140 Εἰ δὲ κε ... ἴκωμαι Hom. *Il.* I,
 137 sqq.

142-143 Μὴ νό τοι ... ἐφείω Hom. *Il.*
 I, 566 sq.

150-155 *Quaquam* ... *exponunt* Aristot. *Hist.*
an. IX, 618 b 26-31; 619 a 27-29 (ausser
 I. 151 *fortassis* ... *Alexandrum*).

156 γνήσιον Ibid. 619 a 8, jedoch von einer
 andern Adlerart.

157 Hom. *Il.* XXI, 252: Ἄετοῦ ὄμματ' ἔχων
 μέλανος, τοῦ θηρητήρος. Eust. 1235, 42 und
 Schol. D zur Stelle diskutieren die Variante
 μελανόστου oder μελανόσσου: Er. hat daraus
 μελανώτου wohl verlesen.

164 *viuacem esse* Aristot. *Hist. an.* 619 b 11
 μακρόβιος δ' ἐστίν.

164-167 *Ea tamen* ... *possit* Nach Calphurnius
 zu Ter. *Heaut.* 521 (Venedig 1476 u.ö.), der

Plin. *Nat.* X, 15 folgt, besonders *rostro* ...
increscnte nach Plin. loc. cit. „in tantum
 superiore adrescente rostro“.

167 *Adag.* 856 (Aquilae senecta).

170 Aristot. *Hist. an.* VIII, 593 b 29 sqq.;
 601 a 32.

171-172 *natura* ... *nouerca* Cf. *Adag.* 764, LB
 II, 323 B: „Plinius dubitare se dicit, vtrum
 natura saepius nouerca sit an mater, vt quae
 tot venena, tot item remedia progignat.“
 Cf. Plin. *Nat.* VII, 1; Quint. *Inst.* XII, 1, 2.

175 Musaeus fr. 3 Diels, *Vorsokratiker* II, 22
 bei Aristot. *Hist. an.* VI, 563 a 19: Ὅς τρία
 μὲν τίκτει, δύο ἐκλέπει, ἐν δ' ἀλεγγίζει. Er.
 folgt der Aristotelesübersetzung von
 Theod. Gaza.

178-181 *Atque per hos ipsos dies* ... *in foetus
 proprios* Nach Plin. *Nat.* X, 13.

178 *incubat* ... *tricenos* Nach Plin. *Nat.* X, 165
 „aquila tricenis diebus incubat.“

181 *Romanis aquilis* Er. ersetzt 1533 dadurch
 das ursprüngliche *nostris aquilis* (cf. app.
 crit.), entsprechend der allgemeinen Ten-
 denz der Ausgabe H, die Anspielungen auf
 zeitgenössische Fürsten zu tilgen (s. unsere
 einleitende Anmerkung, supra p. 395). Da-
 bei lässt er den Satz im Präsens stehen, so
 dass die Beziehung auf die altrömischen

magis licet quam cernere, quibus omnino nullus est compilandae plebis neque finis neque modus. Nam et aetate crescit exigendi sitis, et nunquam incumbunt grauius, quam cum pullus exclusus est. Tum vero populus alio atque alio
 185 feritur munere. Super haec omnia plurimos hostes opposuit vni, de quibus mox dicturi sumus. Atque hanc naturae sollicitudinem mirari desinet, cui persuasum sit esse verum, quod scripsit Plinius, prodigiosum quidem illud et haud scio an vel Democrito autore credendum insatiabilis auuditatis argumen-
 190 tum, etiam si ceu compertum et confessum narrat Plutarchus, autor cum primis grauis. Nempe aquilarum pennas quoque, si caeterarum auium plumis admisceantur, eas deuorare ac paulatim extenuatas conficere. Tanta vis natiuae rapacitatis. Equidem arbitror idem euenturum, si tyrannorum ossa cum plebeiorum ossibus commisceantur, ne sanguinem quidem magis misceri posse quam aegithi et flori.

195 Iam vero vide mihi, num illud satis quadret in quosdam principes. [C] Nam de piis ac bonis non loquor, [H] quod semel dictum vbique velim meminisse lectorem. [B] *Aquilarum vnicum par magno ad populandum tractu indiget, nec alterum in propinquo praedonem esse patiuntur, itaque spacia determinant.* Porro nostris aquilis quae non angusta ditio? Quantum in immensum vsque
 200 propagandi regni studium! Quanta cum finitimis aquilis aut miluiis de regni, hoc est de praedandi terminis digladiatio! Verum illud fortasse non perinde congruit, quod auis haec tantopere rapax non tamen *praedatur in proximo*, videlicet ne vices iniuriarum in ipsius aliquando caput retorqueantur, sed e longinquo magis praedas in nidum conuehit, cum interim tyranni nec ab
 205 intimis temperent nec a maxime cognatis ac domesticis rapaces abstineant vngues, imo hoc quisque magis sit obnoxius periculo, quo principi ceu Ioui ac fulmini propior. Atque insitam hanc et a parentibus ingenitam rapiendi famem non nihil auget et educatio. Quandoquidem aquilam ferunt pullos vixdum satis volucres ad praedandum e nidis extrudere, quo statim et a teneris, vt
 210 aiunt, vnguiculis consuescant rapto suisque ipsorum vnguibus viuere. At in nonnullis principibus, deum immortalem, quam multi accedunt ad rapacitatem stimuli: praeter corruptissimam educationem tantum assentatorum examen, tot officiales perditii, tot corrupti consultores, tot stultissimi familiares, tot nequissimi congerrones, qui publicis incommodis vel gratis delectantur. Adde
 215 his fastum, voluptates, luxum, delitias, quibus nullae rapinae satis esse possint. Adde stultitiam et imperitiam, qua nihil intractabilius, si cum felicitate copuletur. His itaque rebus cum vel benignissima corrumpi queant ingenia, quid censes futurum, si haec ad auidam et improbam naturam velut oleum ad caminum accesserint?

220 Sed parum *βασιλικῶς* erat instructa aquila, si tantum adunco rostro, si tantum aduncis vnguibus ad praedandum esset armata, nisi additi fuissent oculi plus quam Lyncei et nec ad clarissimum solem conuiuentes, quo quidem experimento foetus suos, an legitimi sint, explorare dicuntur. Itaque praedam quamuis e longinquo speculantur, quam destinant inuadere. Quanquam

LB 873 auium regi bini duntaxat sunt oculi, rostrum vnicum, vngues pauci, venter
226 item vnicus. At nostris aquilis, papae, quam multae sunt Corycaeorum aures,
quot exploratorum oculi, quot officialium vngues, quot praefectorum rostra,
quot iudicum et aduocatorum ventres fame prorsus inexplibili, vt neque satis
230 esse quicquam nec tutum ab his esse possit, ne ea quidem, quae in intimis
penetralibus aut abditissimis etiam scriniis sunt abstrusa.

Veruntamen esset eadem fortassis aliquanto minus noxia, nisi ad arma
dotesque corporis astus accederet ingenii, hoc est nisi nocens per se ferrum
veneno tingeretur. Vngues suos, quoties ingreditur, contrahit, ne videlicet
aciem deterat minusque valeant in praedando, id quod habet cum leonibus

195 vero vide mihi *H I*: mihi *B-D*, vide mihi
E-G; principes *C-I*: principes, vide *B N*.
196 loquor *E-I*: loquor, vide *C D*.
199 Quantum in *E-I*: Quam *B-D*.

203 ipsius *E-I*: suum *B-D*.
211 nonnullis *H I*: plerisque *B-G*.
226 papae *B-H*: papè *I*.

Kaiser nicht mit eindeutiger Schärfe her-
austritt. Man fragt sich, ob diese Unklarheit
einfach der flüchtigen Redaktion des Textes
zuzuschreiben ist oder ob vielleicht doch
eine gewisse Absicht dahinter steht, die
Kritik an gegenwärtigen Verhältnissen
nicht zu tilgen, sondern bloss zu ver-
schleiern.

185 *opposuit* Sc. *natura* (l. 171) resp. *naturae*
providentia (l. 179).
186 *mox ... sumus* Cf. infra l. 259 sqq.
187 Plin. *Nat. X*, 15.
188 *vel Democrito* Cf. Er. *Coll.*, *ASD I*, 3,
p. 707, l. 233: „ne persequamur fabulas
Democriticas“, mit Halkins Note. Die
Bemerkung steht im Colloquium *Amicitia*
(1531), das infolge seines Themas,
Tierfreundschaften und vor allem -feind-
schaften, viele Berührungspunkte mit dem
Scarabeus (besonders l. 259 sqq.) bietet. Cf.
nn.ll. 190-194; 315; 322-323; 331-333. De-
mokrit wird in den *Adagia* oft als unglaub-
würdiger Phantast zitiert: *Adag.* 382, *LB*
II, 176 C; *Adag.* 1262 sq., *LB II*, 509 D;
510 B; *Adag.* 3343, *LB II*, 1035 A. Ausser
der Ablehnung durch Aristot. (*Adag.* 1262;
3343; cf. auch Aristot. *Gen. an. II*, 704 a 15
und 36; 742 b 20; 747 b 26; V, 788 b 10)
hat die allgemeine antiépikureische Ten-
denz Ciceros (cf. etwa *Nat. I*, 29 „Democri-
tus ... nonne in maximo errore versatur?“;
69 sq.; 107; 120; *Fin. I*, 20 sq. u.ö.) und
der Kirchenväter (cf. etwa Aug. *Epist.* 118,
l. 27 sqq.) dieses Bild geprägt, vielleicht
auch der Ruf der Abderiten. Cf. *Adag.* 3528
(*Abderitica mens*).
189 Plut. *Mor.* 680 e.

190-194 *aquilarum pennas ... flori* Die auffallen-
de Partie ist wiederholt *Coll.*, *ASD I*, 3,
p. 706, ll. 189-191. Cf. supra n.l. 188.

193-194 *ne sanguinem ... flori* Aristot. *Hist. an.*
IX, 610 a 7. Mit „florus“ gibt Theod. Gaza
das griechische ἄθος wieder, das wie ἄγι-
θος eine nicht sicher zu identifizierende
Vogelart bezeichnet. Cf. D'Arcy
W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*,
Oxford, 1936, pp. 23 sq. und 51.

197-244 *Aquilarum ... deuebit* Die Angaben
über Lebensweise und Verhalten der Adler
stammen aus Aristot. *Hist. an. IX*,
619 a 16-b 12 und Plin. *Nat. X*, 14; 15.

209-210 *vt aiunt* *Adag.* 652.

210-219 *At in nonnullis principibus ... accesserint*
Parallel führt die *Inst. princ. christ.*, *ASD*
IV, 1, p. 139, ll. 101-110 aus: Die meisten
neigen zum Schlechten, so ist niemand so
glücklich, dass er nicht verdorben werden
könnte; wenn er heranwächst zwischen
„collusores, combibones, abiectissimos
assentatores“, so lernt er nichts ausser „vo-
luptates, delicias, fastum, arrogantiam, aua-
ritiam, iracundiam, tyrannidem“.

218-219 *oleum ad caminum* *Adag.* 109 (*Ole-
um camino addere*).

222 *oculi ... Lyncei* *Adag.* 1054 (*Lynceo per-
spicacior*).

222-223 *nec ad clarissimum ... dicuntur* Aristot.
Hist. an. IX, 620 a 2; Plin. *Nat. X*, 10; cf.
Adag. 818 (*Aquilam noctuae comparas*).

226 *Corycaeorum aures* Cf. *Adag.* 144 (*Cory-
caeus auscultauit*): „Vbi quis id, quod agit,
conatus dissimulare tamen a curiosis depre-
henditur.“

235 commune. Neque quemuis impetit, sed eum duntaxat, quo se credat viribus esse superiorem. Neque se repente praecipitem dat in terram more caeterarum, cum praedam appetit, sed sensim demittit, ne impetu illisa offendatur. Ne leporem quidem, nam hunc maxime petit, aggreditur, nisi viderit in plana descendisse. Neque quouis grassatur tempore, ne quis opprimat fatigatam; sed
 240 *a prandio ad meridianum* ad praedandum prouolat, reliquis horis ociosa sedet, *donec hominum conuentu fora compleantur*. Tum quod occiderit, non inibi statim deuorat, ne quis subitus hostium incursus incautam deprehendat in praeda, sed exploratis prius ac subinde reffectis viribus praedam in nidum velut in castra deuehit. Nam quibus artibus ceruum se praestantiorem capiat, mox dicitur.
 245 Illud in primis memorandum ingenii documentum: testudinem raptam ex alto speculata locum idoneum in saxum aliquod demittit, vt ad eum modum rupta testa carne vesci possit. Quanquam in Aeschylo parum aquilinis fuit oculis, cum in huius albicantem caluariam, saxum esse rata, demissa testudine miserum occideret, vt vel ob hanc vnam causam optimo iure poetis omnibus
 250 conueniat inuisam esse. Atque id quidem nunc assidue veluti suo iure facit. Caeterum primitus testudinem dolis ad id pellexit, dum persuadet illi futurum, vti sua opera volandi artem perdisceret. Atque hac spe sublatam in altum deiecit in saxum, vt illius calamitatem tyrannico more verteret in suas delicias. Atqui si quis secum perpenderit, quam variis artibus, quot technis, quot
 255 machinis, quot praestigiis improbi principes instructi sint ad expilandam plebem, quaestuosis legibus, mulctis, fucatis titulis, simulatis bellis, delationibus, affinitatibus, indignam propemodum fatebitur aquilam, cui regni nomen tribuatur.

Superest, vt, cum quibus potissimum hostibus huic generoso praedoni res
 260 sit, paucis exponamus. Nam verum est illud, quod prouerbiis dicitur, aquilam non captare muscas nec aspicere thripas. Negligit, si qua praeda videatur regiis vnguibus indigna, nisi si quae sint cognatae Vespasiano, cui visus est *lucri bonus odor ex re qualibet*. Sunt enim et degeneres aquilae, quae piscatu viuunt et quas non pudeat cadauer alienum tollere. Sed quae generosiores sunt, veluti tyranni
 265 quaedam piratis ac latronibus concedunt, a quibus, vt [H] apud Alexandrum Macedonem [B] nobilis ille dixit pirata, nihil differunt, nisi quod ipsi maiore classe maioreque manu magnam orbis partem suis diuexant latrociniis, minutulas illas praedas accipitribus ac Nisis relinquentes cum quadrupedibus belligerantur, nec id sane sine periculo nec rursus citra victoriae spem, sicuti
 270 strenuo duce dignum est. Atque in his leporem potissimum, vt dixi, venatur aquila, vnde et leporariae cognomen additum vni generi, perinde quasi ducem Africanum aut Numantinum appelles. Neque contemnit imbellem hostem, sed esculentum appetit, vt etiam si parum gloriae veniat ex victoria, non parum tamen auferatur emolumentum. At fit aliquoties, vt, cum maxime leporem captat,
 275 tum maxime capiatur, icta pennato iaculo, dicatque prouerbum, quod illi ferimus acceptum: *Τῶς ἰδίους πτεροῖς ἐναποθνήσκω*. Audet et cum ceruo configere, inferior tamen futura, nisi vulpinam adderet pellem. Nam astu

supplet, quod viribus est diminutum. Commissura cum hoste prius in puluere volutat sese. Deinde *cornibus insidens* ceruinis, *puluerem pennis collectum in oculos* spargit *alis ora verberans, donec* exoculatum *in rupes* det praecipitem. Sed est eidem *acrior multoque magis anceps cum dracone pugna etiam in aere*. Draco maleficis artibus *ona consecratur aquilae*. Illa vicissim hostem *vbicumque visum rapit*.

Nam quod illi cum vulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur, quisquis cognorit, quam olim regaliter illam acceperit. Inierat cum vicina necessitudinem, cumque incubanti pastus deesset, proximae catulos in nidum sustulit. Reuersa vulpes cum spectaret indignam suorum laniationem, quod vnum poterat, testata deos est atque inter hos praecipue Iouem φίλιον amicitiae violatae vindicem. Et audisse videtur ista vota deus aliquis. Pauculis post diebus euenit, vt aquila prunam carnibus e sacrificio raptis haerentem in nidum deuexerit imprudens. Igitur absente aquila igni paulatim ventis excitato nidus conflagrare coepit. Pulli territi praecipites se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit et in cauum delatos deuorat. Ac post id quidem temporis nihil omnino conuenit inter aquilam et vulpem, quanquam id sane

261 thripas *F-I*: thriptas *B-E*.

272 Africanum aut Numantinum *HI*: Britannicum aut Germanicum *B-G*.

273 appetit *I*: *om. B-H*.

278 Commissura *F-I*: Commissurus *B-E*.

293 sane *HI*: quidem *B-G*.

240–241 *a prandio ... compleantur* Unklar. Bei Aristot. *Hist. an.* heisst es 619 a 16: "Ὠρα δὲ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ πέτεσθαι ἀπ' ἀρίστου μέχρι δειλῆς: τὸ γὰρ ἔωθεν κάθηται μέχρι ἀγορᾶς πληθούσης. Die Unklarheit entsteht dadurch, dass Er. die Übersetzung Theod. Gazas *a prandio ad meridianum* für ἀπ' ἀρίστου μέχρι δειλῆς wörtlich übernimmt; dabei ist δειλή mit „meridianum“ anstatt mit „postmeridianum tempus“ oder „vesperum“ unrichtig wiedergegeben.

241 *donec ... compleantur* Nach Plin. *Nat. X*, 15: „donec impleantur hominum conuentu fora“, d.h. am frühen Vormittag.

244 *mox dicetur* *Infra l.* 276 sqq.

245–249 *testudinem ... occideret* Nach Plin. *Nat. X*, 7 und Val. Max. IX, 12 ext. 2; cf. Ael. *Nat. an.* VII, 16.

251–253 *Caeterum ... delicias* Er. wandelt die Fabel ab: bei Aesop. 259 Hausr. bittet die Schildkröte den Adler, sie fliegen zu lehren.

254–257 *quam variis artibus ... affinitatibus* Cf. *Inst. princ. Christ.*, ASD IV, 1, p. 189, l. 738 sqq., „De vectigalibus et exactionibus“: „Quam potest minimum exigatur a populo.“ Dies ist möglich, wenn auf Kriege verzichtet und „officiorum rapacitas“ eingeschränkt wird. Die harte Wirklichkeit schildert Er. *Adag.* 812 (A mortuo tributum exigere), *LB II*, 337 D–338 F.

260–261 *aquilam ... muscas* *Adag.* 2165.

261 *aspicere thripas* *Adag.* 871 (Aquila thripas aspiciens): „Est θρίψ αὐκίλα quaeprimam minutissima.“

262–263 *Vespasiano ... qualibet* Cf. *Adag.* 2613 (Lucri bonus est odor ex re qualibet), nach Iuv. 14, 204 sq.

263–264 *degeneres ... tollere* Nach Plin. *Nat. X*, 8.

266 *nobilis ... pirata* Er. *Apophth.* IV, Alexander Magnus 63, *LB IV*, 200 DE, nach Aug. *Civ.* IV, 4 (cf. Cic. *Rep.* III, 24).

268 *Nisis* Nach Verg. *Georg.* I, 404–409 bezeichnet Er. mit dem Namen des Königs von Megara den Raubvogel, in den dieser verwandelt wurde; cf. Ov. *Met.* VIII, 146 und Ps. Verg. *Ciris*.

270 *vt dixi* *Supra l.* 238.

271 *leporariae* Nach Theod. Gaza, der mit diesem Adjektiv λαγωφόρος bei Aristot. *Hist. an.* IX, 618 b 28 übersetzt.

276 *Adag.* 552 (Nostris ipsorum alis capimur). An unserer Stelle verwendet Er. Aesop. 273 Hausr.

276–282 *Audet ... rapit* Nach Plin. *Nat. X*, 17.

277 *vulpinam ... pellem* Cf. *Adag.* 2481.

283–292 *Nam quod ... deuorat* Nach Aesop. 1 Hausr.

non mediocri vulpinae gentis malo. Quo tamen haud scio an dignae videri
 295 debeant, quae quondam leporibus *συμμαχίαν* aduersus aquilam petentibus
 auxilium negarint, vt refertur in annalibus quadrupedum, ex quibus Homerus
Βατραχομυσομαχίαν est mutuatus.

Iam vero acre dissidium est et cum vulture, velut homotechno et edacitatis
 aemulo, tametsi hoc quidem nomine vt crudelior ita et generosior aquila, quod
 300 non deuorat animal, nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidit
 cadaueribus. Nam sittam iure habet exosam, quae miris artibus aquilae oua
 frangere studet. Pugnat et cum ardeolis, quod haec auis vnguibus freta non
 vereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, vt in conflictu emoria-
 tur. Neque vero iam mirum, quod illi parum conuenit cum oloribus, aue
 305 nimirum poetica; illud mirum, ab iis saepenumero vinci tam pugnacem
 beluam. Nec admodum gratum esse consuevit poeticum genus male sibi
 consciis monarchis, vtpote liberum et loquax quodque nonnunquam cum
 Philoxeno in latumias reduci malit quam silere. Nam si quid dolet, id chartis
 illinunt atris et regum mysteria ad ipsos etiam posteros euulgant. Nec cum
 310 gruibus satis conuenit (opinor ob id, quod illis impendio placeat democratia,
 vehementer inuisa monarchis), a quibus tamen ingenio superantur. Etenim
 cum grues e Cilicia demigrantes montem Taurum aquilis plenum parant
 transmittere, ingentibus lapidibus, quo vocem cohibeant, in os sumptis noctu
 tacite transuolant atque ita deceptis aquilis tuto traiciunt. Sed peculiaris
 315 quaedam cum trochilo, nam id est aui nomen, simultas intercedit, non ob
 aliud, vt autumat magnus ille deambulator, nisi quod huic quoque regis ac
βουληφόρου nomen tribuitur, idque potissimum apud Latinos. Proinde ceu
 regni affectatorem extremo persequitur odio. Quanquam non is hostis est,
 cuius vires metuat aquila. Nam trochilus imbecillis est ac fugax, solertia tamen
 320 et ingenio praeditus fruticetis et cauis abdit sese, vt quamuis a potentiore facile
 capi non possit. Quin olim cum certamen volandi cum aquila suscepisset, vicit
 astu magis quam viribus. Denique cum cybindo *bellum gerit internecinum*, adeo
 vt *saepenumero cohaerentes prendantur*. Est autem cybindus *nocturnus accipiter*. Nec
 tyrannis est vllum hominum genus magis inuisum quam horum, qui a vulgi
 325 sententia longe lateque dissentientes nimium acute cernunt per tenebras.

Sed an non egregie stultus sim, si omnes eius hostes percensere pergam,
 quae cum nullo non gerat bellum? Atque in reliquis animantium ordinibus
 aliis cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos
 330 vulpes, attamen coruum habet amicum, cuius auxiliis aduersus aesalon auem
 catulos suos diuexantem adiuuatur. Eidem bene conuenit et cum serpentibus,
 cum aequae cuniculis gaudeant. Crocodilus hostem habet ichneumonem, sed
 LB 875 cum trochilo familiaritas est, adeo vt illi liceat vel in ipsas beluae fauces
 impune penetrare. Vni aquilae cum nullo prorsus animante nec amicitia nec
 affinitas nec sodalitas nec consuetudo nec foedus nec induciae. Hostis est
 335 omnibus et neminem non habet hostem. Siquidem non potest non omnium
 esse hostis, qui omnium malo viuit ac saginatur. Proinde sibi conscia non

nidulatur in plano, sed in praeruptis et excelsis rupibus, aliquoties et arboribus, sed praealtis, videlicet tyrannicum illud secum voluens: *Oderint, dum metuant.* Proinde cum ciconiae sacrae sint Aegyptiis, adeo vt occidisse sit capitale, apud Romanos sacri anseres, miluiis apud Britannos nemo noceat, suibus parcant

340

303–304 emoriatur *E-I*: emoriatur illa *B-D*.
 307 nonnunquam *C-I*: *om. B N*.
 308 latumias *H I*: lapidicinas *B-G*.
 322 internecinum *D-I*: internicinum *B-C*.

295–296 *quae ... negarint* Aesop. 169 Hausr.
 298–306 *lam vero ... beluam* Nach Aristot. *Hist. an.* IX, 609 b 7–610 a 1.
 298 *homotechno* Die Latinisierung von ὁμοτέχνης („qui eiusdem est artificii“) ist antik nicht bezeugt.
 301 *sittam* Nach Theod. Gaza, der Aristot. *op. cit.* 609 b 11 sq. ἡ σίττη („Spechtmeise“) mit „sitta“ wiedergibt.
 302–304 *Pugnat ... emoriatur* Missverständnis. Der Angreifer ist der Adler, der Unterliegende der Reiher (Aristot. loc. cit. 609 b 7 sq.).
 308 *Philoxeno* Cf. *Adag.* 1031 (In lapidicinas) und *Adag.* 2195 (Philoxeni non), l. 197 sq.: „Philoxenus poeta vsqueadeo non potuit carmina Dionysii probare, vt maluerit reduci in fodinas lapidarias“. Er. *Apophth.* VI, *LB IV*, 313 D Nr. 16.
 308–309 *chartis illinunt atris* Der Ausdruck ist kontaminiert aus Hor. *Serm.* I, 4, 36 „quodcumque semel chartis illeuerit“ und Hor. *Epist.* I, 19, 30 „quem versibus oblinat atris“.
 310 *quod illis ... democratia* Nach Plin. *Nat.* X, 58 wählen die Kraniche ihre Anführer. Die Stelle zitiert Er. *Adag.* 2568 (Grues lapidem deglutientes), l. 644 sqq.
 311–314 *Etenim ... traiciunt* Nach Plut. *Mor.* 510 ab und 967 b, wo dasselbe von Gänsen erzählt ist. Anders begründet Er. die Fabel, wonach die Kraniche auf dem Flug über das Meer Steine mittragen, in *Adag.* 2568 (Grues lapidem deglutientes).
 315 *cum trochilo ... simultas* Cf. Er. *Coll.*, *ASD I*, 3, p. 237, l. 188; p. 705, l. 172.
 316 *deambulator* Scherzhaft für Aristoteles, den περιπατητικός. Aristot. *Hist. an.* IX, 615 a 19: Καλεῖται δὲ (ὁ τρόχιλος) πρέσβυς καὶ βασιλεὺς, διὸ καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ φασι πολεμεῖν.
 317 *apud Latinos* Nach Plin. *Nat.* VIII, 90: „Trochilos ibi [sc. in Aegypto] vocatur, rex auium in Italia.“ Cf. Plin. *op. cit.* X, 203 und „regulus“ *Anth. lat.* I, 762 Riese (De

332 cum trochilo ... est *H I*: est cum trochilo familiaritas *B N*, cum trochilo familiaritas *C-G*.

filomela), 43.
 319–321 *trochilus ... possit* Ebenfalls nach Aristot. loc. cit.
 321–322 *Quin ... viribus* Aesop. 434 Perry bei Plut. *Mor.* 806 e.
 322–323 *cum cybindo ... accipiter* Nach Plin. *Nat.* X, 24: „Nocturnus accipiter cybindis vocatur ..., bellum internecium [internecinum Sillig] gerit cum aquila, cohaerentesque saepe prenduntur“: *cybindus* die Ausgaben Ven. 1496 und 1507, in der letzteren auch „internecium“ (anstatt „internecium“), wofür Er. die ihm geläufige Form *internecinum* (*internicinum* 1515–1518, cf. app. crit.) einsetzt. Cf. Er. *Coll.*, *ASD I*, 3, p. 704, ll. 114–115: „bellum internecinum ... cum cyminde“.
 329–330 *cornuum ... adiuuatur* Nach Aristot. *Hist. an.* IX, 609 b 32. Plin. *Nat.* X, 205.
 329 *aesalon* Anstatt „aesalonem“ (αἰσάλων, eine Falkenart). Cf. Er. *Coll.*, *ASD I*, 3, p. 705, l. 168; dort 1531 richtig „aesalona“ als Akkusativ, in den späteren Ausgaben (1533; 1534) zu „aeselon“ entstellt.
 330–331 *Eidem ... gaudeant* Aristot. *Hist. an.* IX, 610 a 12.
 331–333 *Crocodilus ... penetrare* Plin. *Nat.* VIII, 88; 90, cf. Aristot. *op. cit.* 612 a 20. Die Feindschaft mit dem Ichneumon wird auch *Coll.*, *ASD I*, 3, p. 703, l. 100 erwähnt; dagegen heisst es dort p. 706, l. 185 sqq.: „Quod crocodilus fauces porrigit trochilo auiculae, amicitia dici non potest, cum vtrumque animal suo ducatur [nicht „ducatus“] commodo.“
 338 *Oderint, dum metuant* *Adag.* 1862.
 339 *cum ciconiae ... capitale* Plut. *Mor.* 380 f (von den Thessaliern, aber im Zusammenhang mit der ägyptischen Tierverschlingung).
 340 *apud Britannos* Wohl Anspielung auf die Vorliebe der Engländer für Jagdfalken zur Zeit Heinrichs VIII. (*Encyclopaedia Britannica* s.v. Falconry in den älteren Auflagen, z.B. 1910/11). Cf. die beiden Holbeinporträts von englischen Edelleuten mit Falken

Iudaei, nec delphines venabantur antiqui neque laedere fas erat, sed si quid in venatu peccassent, pauculis modo plagis puerorum more castigabantur. At in aquilas vbique gentium eadem lex est quae in lupos et tyrannos, vt praemium sit, qui communem omnium hostem occiderit. Ergo nec amat vllum nec
 345 amatur ab vllo animante aquila, non magis profecto quam mali principes, qui magno reipublicae malo sibi gerunt imperium. Fortasse priuatorum sunt affectus istiusmodi; magni satrapae vsqueadeo sunt ab his alieni, vt interdum nec liberos ament nisi emolumentum causa, saepenumero suspectos habeant et inuisos.

350 Leonem, animal tam immane, retulisse gratiam homini de se bene merito et vitam dedisse, a quo pedis sanitatem acceperat, prope creditum est ab omnibus. Draconem seruasse nutricium suum et ad agnitam vocem accurrisse credunt permulti. Quin et aspidem ad mensam cuiusdam quotidie ventitare solitam, vbi sensit ab vno catulorum suorum hospitis filium interemptum, eum
 355 occidisse violatque hospitii poenam et de suo partu sumpsisse neque prae pudore deinde in eas aedes reuersam retulit Philarchus, neque desunt qui credant. Scribendum existimauit Demetrius physicus, recensendum Plinius, item pantheram ob catulos eductos e fouea hominem officiose produxisse, donec egressus solitudines in viam publicam redisset. Aristophani grammatico
 360 puellam stephanopolidem adamanti riuallis erat elephantus, eamque rem vt omnibus notissimam et omnium sermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem draco quispiam perditae amat puellam Aetolidem. Nam delphinum erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in littus deuectum et virginem Lesbiam cum amatore seruatum, erga puerum vectum et
 365 reuictum officium propemodum in confesso est. At virginem ab aquila adamatam nec hi credunt, qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius et in homines odium vel hinc colligas licebit, quod Prometheo deorum omnium *φιλανθρωποτάτω* addita sit in Caucaso carnifex. Et tamen in tam multis vitiis est, quod laudare possis. Minime bibaces sunt minimeque salaces, quae maxime sunt rapaces. Nam quod Ganymedem rapuit aquila, Ioui rapuit, non
 370 sibi. At videas nonnullos nostros *ἀετούς*, qui sibi rapiant, nec vnum Ganymedem, sibi virgines, sibi matronas abducant, vt hac parte propemodum intolerabiliores sint quam rapinis, quibus maxime sunt intolerandi.

Ergo cum innumerabiles sint auium species atque inter has aliae plumarum
 375 opibus ac picturis admirandae sicuti pauones, aliae candore niueo insignes vt olores, aliae contra decenti nigrore lucentes vt corui, aliae corporum proceritate praeminentes veluti struthiones, aliae fabulosis etiam miraculis celebres vt phoenix, aliae foecunditate commendatae vt columbae, aliae gratae lautorum mensis vt perdices ac phasides, aliae loquacitate iucundae vt psitaci, aliae cantu
 380 mirabiles vt luscinae, aliae fortitudine animi praestantes vt galli gallinacei, aliae deliciis hominum natae vt passercoli: tamen ex vniuersis vna aquila viris tam sapientibus idonea visa est, quae regis imaginem repraesentet, nec formosa nec canora nec esculenta, sed carniuora, rapax, praedatrix, popula-

trix, bellatrix, solitaria, inuisa omnibus, omnium pestis, quae, cum plurimum
 385 nocere possit, plus tamen velit quam possit. Nec alio iudicio leoni mandatum
 LB 876 est regnum inter quadrupedes, quo non alia belua vel immanior vel putidior.
 Canes cum ad multa sunt vsui, tum ad hoc praecipue, quod pro rebus
 hominum excubias agunt. Boues agricolantur. Equi et elephanti belligerantur.
 Muli et asini gestandis oneribus sunt vtilis. Parasitatur simia. Draco vel hoc
 390 vtilis nomine, quod vsum marathri monstrarit ad oculorum aciem acuendam.
 Leo nihil nisi tyrannus, hostis ac deuorator omnium nec nisi viribus ac metu
 tutus planeque regium animal quemadmodum et aquila. Quod videntur
 perspexisse, qui nobiles illos clypeos leonibus quam maxime hiantibus et
 explicatis ad praedam vnguibus insigniunt. At plus apparet vidisse Pyrrhum,
 395 qui sese aquilam vocari gaudebat, quam Antiochum, qui accipitris cognomine
 delectabatur. Sed minus iam mirum leonem in quadrupedum genere regnare,
 cum diis etiam poeticis Iupiter administrando regno potissimum visus sit
 idoneus, impius execto et exacto patre, incestus sororis coniugio, tot stupris,
 tot adulteriis, tot raptibus exornatus et post haec *κυανέοις ὀφρύσι καὶ ψολόεντι*
 400 *κεραυνῶ* territans vniuersa. Nam apum politiam, in qua vni regi non licet

343 lex est I: est lex B-H.

347 interdum I: om. B-H.

357-358 credant. Scribendum ... Plinius, item
distinximus: credant, scribendum ... Plinius.
 Item B-I.

im Mauritshuis (Koninklijk Kabinet van
 Schilderijen), Den Haag (Abbildung z.B.
 bei P. Ganz, *Hans Holbein*, Stuttgart und
 Berlin, 1919, pp. 102; 129).

341-342 *nec delphines ... castigabantur* Nach
 Plut. *Mor.* 163 a.

350-352 *Leonem ... omnibus* Gell. V, 14.

352-353 *Draconem ... permulti* Plin. *Nat.*
 VIII, 61; cf. Ael. *Var. hist.* XIII, 46; *Nat.*
an. VI, 63.

353-357 *Quin et ... credant* Plin. *Nat.* X, 208.

356 *Philarchus* So die alten Ausgaben Plin.
 loc. cit. für Phylarchus (*FGrHist* 81 F 28).

357 *Demetrius physicus* Sonst unbekannt, bei
 Plin. *Nat.* VIII, 59 der Gewährsmann der
 folgenden Panthergeschichte.

361 Plut. *Mor.* 972 d. Cf. Plin. *Nat.* VIII, 13.

361-362 *Apud eundem* Plut. *Mor.* 972 e.

362-363 *delphinum erga homines amor* Plin. *Nat.*
 IX, 24-28. Gell. VII, 8.

363 *erga Arionem* Hdt. I, 24. Ov. *Fast.* II,
 113 sqq. Cf. Er. *Coll.*, ASD I, 3, p. 702,
 l. 80 sqq.

363-364 *Hesiodum ... et virginem Lesbiam* Plut.
Mor. 162 d; 163 a (dort auch die Arionge-
 schichte: 161 a sqq.).

378 vt I: velut B-H.

379 phasides E-I: phasiani B-D.

386 vel ... vel H I: nec ... nec B-G.

398 execto et H I: om. B-G.

399 exornatus H I: adornatus B-G.

364-365 *puerum vectum et reuectum* Plin. *Epist.*
 IX, 33.

367-368 *Prometheo ... carnifex* Cf. Lucian. *De*
sacr. 6.

369 *Minime bibaces* Aristot. *Hist. an.* VIII,
 601 b 1.

minimeque salaces Aristot. *Gen. an.* III, 749 b
 1 sqq., cf. *Adag.* 2621, l. 113.

370 *Ganymedem rapuit* Cf. supra II, 51-52.

386 *putidior* Plin. *Nat.* VIII, 46: „grauem
 odorem“. Aristot. *Hist. an.* VIII, 594 b sqq.

389-390 *Draco ... acuendam* Plut. *Mor.* 974 b;
 cf. Plin. *Nat.* VIII, 99.

394-396 *At plus ... delectabatur* Plut. *Mor.*
 975 b.

399 *κυανέοις ὀφρύσι* Nach Hom. *Il.* I, 528
 (*κυανέησιν ἐπ' ὀφρύσι: κυανέοισιν ἐπ' ὀφρύσι*
 Ald. 1504).

399-400 *ψολόεντι κεραυνῶ* Hom. *Od.* XXIII,
 330.

400-401 *apum politiam ... aculeum* In der *Inst.*
princ. christ., ASD IV, 1, p. 157, l. 638 ver-
 wendet Er. denselben Vergleich mit dem
 Bienenstaat für das Bild eines guten Fürsten
 („solus ipse rex aculeo caret“) unter Beru-
 fung auf Seneca (*Clem.* I, 19, 2).

gestare aculeum, etiamsi laudatur a multis, nemo tamen imitatur, non hercle magis quam Platonis.

Sed ad aquilam redeo, cui ob dotes, quas commemoravi, tam βασιλικάς, ob
 405 tam egregia in omne animantium genus merita senatus populusque poetarum
 magno consensu decreuit primum, vt rex omnium atque etiam θεῖος, id est
diuinus, appellaretur. Deinde satis honestum inter sydera locum dederunt ac
 stellulis aliquot insignierunt. Postremo munus inter coelites honorificum
 mandarunt, vt solus arma ministret irato Ioui, quibus orbem commouet
 vniuersum. Quoque id impune possit, illud quoque tribuerunt, vt vna animan-
 410 tium nec metuat fulmen nec laedatur a fulmine, sed iisdem oculis fulmen
 emicans obtueatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissi-
 mi [H] illi cascique [B] Romani, vt in legionum suarum vexillis primas teneret
 aquila essetque vexillorum ipsorum ceu vexillifera, posthabitis etiam lupis,
 Romanae gentis nutriciis, posthabitis Minotauris et apris, non extremac
 415 rapacitatis beluis, posthabitis denique et equis. Nam his quatuor animantibus
 insignita vexilla quondam aquilam sequebantur. Paulo post nec comites eos est
 passa, sed illis in castris relictis ipsa sola prodibat in praelium. Hanc inquam
 vnam dignam censuerunt, quae totius orbis monarchae scepra, signa, clypeos,
 domos, vestes, vasa, ministeria decoret, cum tamen vulturum, ni fallor,
 420 augurio conditum sit Romanum imperium, non aquilarum. Addidit hoc
 augurum collegium, vt si cuius aedibus insederit aquila aut si pileum in caput
 alicuius immittat, imperium portendatur.

Habes e ducibus alterum, nunc ad scarabeum veniam. Est animal, ac vix
 etiam animal, quippe cui sensus aliquot desint, ex insectorum infima gente,
 425 quod infami sane vocabulo Graeci κάθαρρον, Latini scarabeum appellant,
 aspectu tetrum, odore tetrius, sonitu teterrimum, alis crustacea vagina
 obtectis. Quin magis totus ipse scarabeus nihil est nisi crustum. Nascitur in
 excrementis, hoc est animantium stercoreibus, in iisdem viuit, versatur,
 oblectatur, deliciatur. Praecipuum huic studium pilas quam maxime potest
 430 ingentes componere, ceu pastillos, non ex odoribus, sed stercore, potissimum
 caprino; nam id illi prorsus amaracinum olet. Eas miro conamine voluit
 auersus, pedibus posterioribus, quos habet longiores, superne iniectis, capite in
 terram prono. Quod si quando contingat, vt aduersus collem aliquem onus
 protrudant, elapsis subinde pilis ac deorsum recurrentibus, putes te Sisyphum
 435 voluentem saxum videre. Nec defatigantur nec conquiescunt. Tantus operis
 ardor, donec in antrum suum deuexerint. In his pilis, vt ipsi nati sunt, ita
 foetus etiam suos educant et teneros adhuc aduersus hyemis rigorem nidulan-
 tes fouent. Equidem scio nulli non esse notum scarabeum, vt qui passim sit
 obuius, nisi sicubi nulla omnino sunt stercola. Sed non est eadem omnium
 440 species. Etenim sunt, quibus nigro quodam virore luceat crusta. Plerique tetro
 LB 877 nigrore horrent. Sunt nonnulli grandiores, praelongis ac bisulcis armati
 cornibus, cacumine forcipibus dentato; ea, cum visum est, ad morsum
 contrahunt stringuntque. Sunt item rutili et iidem praegrandes, qui terram

445 aridam fodiunt atque illic nidos ponunt. Sunt qui metuendo bombo formidabilique strepitu prouolent, vt imprudentem non mediocriter territent. Sunt et alia formarum discrimina. Verum illud commune est omnibus: e stercore ortus, e stercore victus, in stercore vita delitiumque.

Iam opinor futurum, vt aliquis Romanis ducibus impense fauens aquilae vicem deploret, cui cum tam humili tamque plebeio hoste res inciderit, aui tam 450 regali, quem vincere gloriosum non sit, a quo vinci turpissimum et cui abunde multum laudis contingat, quod cum aquila decertarit, etiamsi victus discesse- rit. Apud poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarii tam imbellis, et aquila cogitur cum scarabeo conflictari? Rursum alius magis etiam demirabitur, vnde huic insecto vilissimo tantum animorum, tantum audaciae, vt non sit veritum 455 cum aue multo pugnacissima bellum suscipere. Tum vnde opes, vires, facultates, auxilia, vt tot iam annos bellum ducere potuerit. Verum si quis hunc explicet Silenum et contemptum hoc animalculum propius ac veluti domi contempletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, vt omnibus diligenter pensitatis propemodum scarabeum se malit esse quam aquilam. Ne 460 vero mihi reclamet et obturbet quisquam, prius atque rem cognouerit.

Primum in hoc aquilae praestat etiam scarabeus, quod senectam quotannis

411 obtueatur B-F I: tueatur G H.

426 crustacea C-I N: crustracea B.

427 crustum E-I: crusta B-D.

431 amaracinum H I: amaricinum B-C.

432 auersus G-I: auersis B-F; habet E-I:

habent B-D.

437-438 nidulantes I: nidulantur ac B-H.

439 omnium B-F H I: omnino G.

442 forcipibus D-I: forcipicibus B-C.

443 rutili F-I: rutuli B-E.

405-406 *vi ... appellaretur* Aristot. *Hist. an.* IX, 619 b 6 sq. Pind. *Olymp.* 2, 88: Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

406-407 *Deinde ... insignierunt* Das Sternbild des Adlers kannte Er. aus Ov. *Fast.* V, 732; Manil. I, 343 sqq.

409-410 *vna animantium ... a fulmine* Plin. *Nat.* II, 146; X, 15.

411 *aduersum aspiciit solem* Cf. supra l. 222.

411-417 *His addiderunt ... praelium* Nach Plin. *Nat.* X, 16.

412 *casti* Enn. (*Ann.* 24 V.²) bei Cic. *Tusc.* I, 27. Varro *Ling. lat.* VII, 28. Hier. *Epist.* 8.

419-420 *vulturum ... augurio ... imperium* Liv. I, 7, 1.

421 *si cuius ... aquila* Auf diese Weise weissagte ein Adler Augustus die Herrschaft: Suet. *Aug.* 96, 1; ebenso dem Tiberius: Suet. *Tib.* 14, 4.

421-422 *si pileum ... portendatur* Cf. Cic. *Leg.* I, 4 und Liv. I, 34, 8 sq.

425 *infami ... vocabulo* Suid. κἀνθαρος 310: παρὰ τὸν κἀνθωνα, τουτέστι τὸν ὄνον κτλ.

426-445 *alis ... prouolent* Die naturkundlichen

Angaben stammen aus Plin. *Nat.* XI, 97-99. Den Ausdruck *vagina* (l. 426), der bei Plinius fehlt, entnimmt Er. wiederum der Übersetzung Theod. Gazas, Aristot. *Hist. an.* IV, 532 a 23: „alia pennas crusta superueniente quasi vagina inclusas gerunt vt scarabei“.

427-438 *Nascitur ... fouent* Cf. *Adag.* 3794 (Scarabeo citius persuaseris).

431 *nam ... olet* Cf. *Adag.* 338 (Nihil cum amaracino sui), LB II, 166 BC.

434-435 *Sisyphum voluentem saxum* Cf. *Adag.* 1340 (Saxum voluere).

436-437 *In his pilis ... educant* Ausser Plin. loc. cit. cf. Plut. *Mor.* 355 a; 381 a.

440-441 *Etenim ... borrent* Cf. *Adag.* 2139 (Scarabeo nigrior).

444-445 *Sunt qui ... territent* Cf. *Adag.* 2145 (Scarabei vmbrae).

452 *Apud poetas ... imbellis* Ov. *Met.* XIII, 1-20.

457 *Silenum* Cf. *Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis), l. 5 sqq.

461-462 *senectam ... exiit* Aristot. *op. cit.* VIII, 601 a 2.

exiit ac subinde repubescit. Iam hoc ipsum tanti est, vt existimem Romanos etiam pontifices aliquot, cum eis liceat recta in coelum immigrare, quippe cuius clauem gerunt, tamen, vbi peruentum est ad inamabilem illam senectutem, quae voluptatibus omnibus abdicat, malle cum scarabeis σφῶρα abiicere quam pro triplici corona septemPLICEM accipere. Deinde in tantulo corpore quantum animi robur, quam heroica mentis vis, quantus ad inuadendum impetus, vt nihil iam sit ad scarabeum Homericam musca. Nam hinc, ni fallor, quibusdam scarabeis nomen etiam inditum, vt tauri dicantur. At cum tauris nec leones temere congregiuntur, tantum abest, vt id faciant aquilae. Iam vero nec ingenium vulgare, nisi quis sine causa vel natum olim vel vbique celebratum existimet Graecum illud prouerbium Κανθάροιο σφώτερος, quo nimirum singularis quaedam et incomparabilis tribui videtur sapientia.

Neque mea refert, si quis cauilletur eum parum bene habitare in domicilio deformi. Quanquam quod ad corporis quoque formam attinet, absit modo vulgaris et iudicium occupans imaginatio, non est quod contemni possit scarabeus. Etenim si vere proditum est a philosophis eam figuram, quam vocant sphaericam, non modo pulcherrimam esse, verum etiam modis omnibus optimam nec aliam magis demiurgo illi placuisse, qua coelum hoc, rem omnium multo pulcherrimam, fabricaretur, cur non et formosus videatur scarabeus, qui ad huius speciem longe propius accedit quam aquila? Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo, qui minus in suo placeat scarabeus? Nisi omnes omnium formas nostra metimur, vt, quicquid ad hominis formam non accesserit, id continuo deforme iudicetur. Nam colorem scarabei nemo puto calumniabitur, vt qui gemmas etiam nonnullas commendet. Porro quod animantium excrementis ad suam commoditatem abutitur, ingenii laus est, non crimen. Quasi vero non idem faciant medici, qui cum multorum animantium tum hominis etiam excrementa non illinunt solum, verum in potione ministrant in morbis. Nec pudet alchimistas, viros plane diuinos, ad quintam illam essentiam eliciendam vti fimo, nec agricolas, quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius, stercoribus arua saginare. Sunt et populi, quibus ad incrustandos domiciliorum parietes fimus pro gypso est. Eodem contuso et ad solem exiccato ad ignis alimentum vtuntur lignorum vice. Cyprii boues suos humano stercore saginant, nec saginant tantum, sed etiam medentur.

Sed illi, inquis, res tam putida bene olet. Stultum vero sit nasum hominis in scarabeo desiderare. Siquidem id homini peculiare, odore sui fimi offendi, nec idem accidit in vlllo caeterorum animantium. Felicior itaque nobis scarabeus, non immundior. Quanquam homines quoque non tam res offendit quam opinio; nam priscis illis mortalibus res ipsa non perinde atque nobis visa est abominanda, quam auspiciatissimo vocabulo laetamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno deo Sterculei cognomen addere, nimirum honoris causa, siquidem Macrobio credimus. Nam prodidit Plinius Stercutio Fauni filio hinc non nomen solum, verum etiam immortalitatem contigisse in Italia. Porro in

505 Graecia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam: Augeae qui
 excogitarit, Herculi qui diuulgarit. Denique nunquam abolebitur regii senis
 memoria, quem Homerus, [G] vt in Catone tradit Cicero, [B] manibus suis
 laetificantem agros nec alia re quam qua delectatur scarabeus posteritati
 consecrauit. Imperatorem Romanum nihil offendeat lotii putor cum emolu-
 510 mento coniunctus: cur scarabeum a tantis commoditatibus tam leue deterreat
 incommodum, vt iam demus incommodum esse? Denique cum videamus
 scarabeum in stercore purum esse semperque crusta nitida, contra aquilam
 etiam in aere putere, quaeso vter altero mundior? Equidem hinc etiam nomen
 inditum arbitror, vt *κάνθαρος* veluti *καθάρως* sit appellatus, nisi si quis malit a
 515 Centauris dictum cantharum. Nam ne putes scarabeum ob naturam sordidam
 a lautitiis abhorrere, idem rosis impensissime delectatur easque vnice appetit,
 siquidem Plinio credimus.

Quod si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certe nemo
 non fatebitur magnificum et ingenti crista dignum, quod antiquitus inter
 520 sacras imagines et in vatum mysteriis cum primis habitus est scarabeus, egregii
 bellatoris aptissimum symbolum. Siquidem, vt refert Plutarchus in commenta-
 rio de Iside et Osiride, in hieroglyphicis Aegyptiorum picturis regis simula-
 crum erat oculus addito sceptro, quo videlicet vigilantia cum recta iustaque
 rerum administratione coniuncta significabatur. Nam illis opinor temporibus
 525 adhuc eiusmodi reges erant, multum aquilae dissimiles. At Thebis ait idem

465 malle F-I: malint B-E.

469 scarabeis H I: om. B-G.

474 cum C-I: eam B N.

505 Augeae I'-I: Aggaeo B-E.

522 Osiride E I: Osyride B-D.

465 *σῦφαρ* *abiicere* Cf. *Adag.* 26 (Nudior lebe-
 ride) und 256 (Caecior leberide): *σῦφαρ* ist
 „pellis illa sicca, quam serpentes, cicadae et
 si quod aliud animantis genus exuunt, quo-
 ties sibi iuuentam renouant“.

468 *Homerica musca* Hom. *Il.* XVII, 570 sqq.
 Cf. *Adag.* 2795 (Improbitas muscae).

469 *vt tauri dicantur* Plin. *Nat.* XXX, 39.

472 *Adag.* 2142 (Cantharo astutior).

477 *a philosophis* Plat. *Tim.* 33 b.

481-484 *Denique si ... indicetur* Cf. Cic. *Nat.*
 I, 77.

489-490 *Nec pudet alcumistas ... vti fimo* Cf.
 Er. *Coll.* „Alcumistica“, *ASD* I, 3, pp.
 424-429.

490 *ad quintam ... essentiam eliciendam* Cf.
 R. Goclenius, *Lexicon philosophicum*, Frank-
 furt, 1613, p. 165: „Philosophis chymicis
 quinta essentia est substantia, in qua
 purissima et sincerissima est crasis seu natu-
 ra ... et proprietates rerum a corpore suo per
 artem extracta.“

494-495 *Cyprii ... medentur* Plin. *Nat.*
 XXVIII, 266, cf. *Adag.* 995 (Bos Cyprius).

501 *laetamen* „Dünger“, nach Serv. *Comm.*
Georg. I, 1: „fimus, qui per agros iacitur,
 vulgo laetamen vocatur.“

503 *Macr. Sat.* I, 7, 25 (Sterculius).
 Plin. *Nat.* XVII, 50.

507 Cic. *Cato* 54 erwähnt Laertes nach Hom.
Od. XXIV, 226 sq. Er.' Text lehnt sich aber
 eng an Plin. loc. cit. an: „Iam apud Home-
 rum regius senex agrum ita laetificans suis
 manibus reperitur.“

509 *Imperatorem Romanum* Vespasian, cf. su-
 pra n.ll. 261-263.

513-515 *Equidem ... cantharum* Die von Er.
 erfundenen Etymologien richten sich gegen
 die oben l. 425 angedeutete aus Suidas.

517 Plin. *Nat.* XI, 279.

519 *ingenti crista dignum* Cf. *Adag.* 769 (Tollere
 cristas) und Otto 467.

521 Plut. *Mor.* 354 f.

523-525 *oculus ... dissimiles* Cf. Er. *Inst. princ.*
christ., *ASD* IV, 1, p. 171, l. 135 sqq.

525 *idem* Plut. loc. cit. 355 a. Cf. *Inst. princ.*
christ., *ASD* IV, 1, p. 171, l. 146 sqq.

imagines quasdam fuisse repositas, quae manibus carerent; eae iudices repraesentabant, quos oportet ab omni munerum corruptela quam maxime seiunctos esse. Atque inter has vnam oculis quoque carentem, quae iudicii praesidem adumbrabat, quod hunc oporteat omni prorsus affectu vacare
 530 tantumque rem ipsam spectare, personam non respicere. Aderat non corchorus inter olera, quod prouerbio dicunt, sed inter sacras imagines scarabeus sigillo insculptus. Et quid tandem per hoc nouum symbolum nobis innuebant sapientissimi theologi? Rem videlicet haudquaquam vulgarem, nempe belli
 535 a me confictum existimet, quemadmodum allegorias aliquoties comminisci solent indocti theologi.

At dixerit imperitior aliquis: 'Quid scarabeo cum duce belli?' Permulta sane congruunt. Principio vides, vt totus armis luceat scarabeus nullaque pars corporis sit non diligenter crustis ac laminis communita, vt non melius
 540 armatus videatur Mauors Homericus, cum illum maxime sua instruit panoplia. Adde nunc militarem assultum cum horrendo ac Panico bombo cantuque vere militari. Quid enim insuauius classicorum sonitu? Quid ἀμωσότερον tympanorum strepitu? Nam tubarum vocem, qua nunc reges tantopere delectantur, olim Busiritae non ferebant, quod asino rudenti videatur adsimilis. At ei genti
 545 inter abominanda habebatur asinus. Adde laboris in voluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur ac vitae contemptum. Ad haec negant in scarabeorum gente foeminam inueniri, sed omnes esse mares. Quaeso, quid magis congruere potest in fortem imperatorem? Quin et illud ad rem apte quadrat, vt idem indicat Plutarchus, quod in delicatis illis pilis, de quibus
 LB 879 dictum est, foetus suos aedunt, fouent, alunt, educant, nec alius est locus
 551 nascendi quam cibi. Verum hoc mysterii mihi non facile sit interpretari. Rectius exponent imperatorii milites, qui norunt, quid sit ἐν ἀσπίδι ζενίζεσθαι, qui norunt χαμηνίας, qui in obsidione nudi duras hyemes, duriozem famem saepenumero pertulerunt, qui vitam aegram non iam herbarum radicibus, sed
 555 foedo victu produxerunt, qui menses aliquot in nauibus exegerunt. Si quis huius vitae sordes perpendat, mundus erit scarabeus; si quis miseriam, est quod scarabeo inuideat. At haec est laudatissimorum imperatorum sors et conditio, ne quis forte contemnat. Sed illud obiter demirari libet, quid acciderit nostris Pyrgopolynicis, vt in suis insignibus, in quibus totam nobilitatem sitam
 560 esse putant, pardos malint aut leones aut canes aut dracones aut lupos aut aliud animal, quod vel casus obiecit vel ipsi sibi adoptarunt, cum proprium illorum symbolum sit scarabeus, atque id quidem cum accommodatissimum tum vero ab ipsa antiquitate, quae nobilitatis vnica parens est, comprobatum dicatumque.

565 Denique non vsquequaque contemnendum existimabit scarabeum, quisquis secum reputarit magos ac medicos maximis hominum malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua lucanorum, sic enim appellant hoc genus, non modo gestantur in crumena, verum etiam de collo suspenduntur,

570 nonnunquam et auro inclusa, aduersus omnes infantium morbos. Quid quod
 in efficacissimis vixque credendis remediis, ni Plinius autor esset, parem cum
 aquila vim obtinebit scarabeus? Siquidem ὁ δεινός ἐκεῖνος scarabeus, smaragdo
 gemmae insculptus, nec enim e quouis ligno fingitur Mercurius iuxta prouer-
 bium, nec quamuis gemmam se dignatur scarabeus, sed smaragdo gemmarum
 575 omnium nitidissima expressus, vt dixi, si de collo suspendatur, at non nisi
 cynocephali capillis aut certe plumis hirundinis, aduersus omnia veneficia
 praesentaneum adfert remedium nec omnino minus efficax quam moly, quod
 Vlyssi quondam dedit Mercurius. Nec solum aduersus haec valet, verum etiam
 non vulgariter confert, si quis quocunque modo regem adire paret, vt
 huiusmodi anulus in primis gestandus sit his, qui constituerunt a rege
 580 sacerdotium aliquod non ieiunum aut archidiaconatum aut episcopatum (sic
 enim vocant) petere. Idem capitis grauedinem auertit, non mediocre per Iouem
 malum, praesertim poteribus. In his igitur tam mirandis remediis sapientes illi
 magi nullum faciunt discrimen inter aquilam et scarabeum. Proinde quis ipsum
 scarabeum despiciat, cuius et imago lapillis insculpta tantam habet vim?
 585 Admonet me gemmarum mentio, vt illud etiam adiiciam, si quid aquila sibi
 placet cognomine gemma aëtite, nec hac [C] laudis portione [B] cedere
 scarabeum. Nam huic quoque nomen debet cantharias totam animantis
 speciem mire referens, vt non effigiem expressam, sed viuum ac verum
 scarabeum intra gemmam conditum dicas. Postremo, si quid hoc ad rem
 590 pertinet, non paucioribus adagiis nobilitatus est ille fimo prognatus scarabeus
 quam rex auium aquila. Nam si quis aquilae factioni studens neget hac parte
 cum ea conferendum esse scarabeum, quod olim apud Thebanos crassos

557 inuideat E-I: inuideant B-D.

530-531 *corchorus inter olera* Adag. 621.

534 Plut. loc. cit.

541 *Panico* Cf. Adag. 2603 (Panicus casus).

542 ἀμυρότερον Cf. Adag. 1518 (Ἄμυρος).

542-543 *tympanorum strepitu* Er.' Abneigung
 gegen das Trommeln bestätigt Ep. 1756,
 l. 95 sqq. aus Basel.

543-545 *Nam ... asinus* Plut. *Mor.* 362 f.

546-547 *negant ... mares* Plut. *Mor.* 355 a;
 381 a. Ael. *Nat. an.* X, 15. Suid. κἀνθα-
 ρος 310. Schol. Aristoph. *Pax* 7.

549 Plut. *Mor.* 355 a.

549-550 *de quibus dictum est* Vide supra
 ll. 429-439.

552 ἐν ἀσπίδι ξενίζεσθαι Die Wendung wohl
 nach Zenob. 1, 64, cf. Adag. 1675. (Tan-
 quam heros in clypeo excipere).

559 *Pyrgopolynicis* Nach dem Namen des Plau-
 tinischen *Miles gloriosus*; cf. Apoll. Sid.
Epist. I, 9, 8.

563 *ab ipsa antiquitate* Plut. *Mor.* 355 a.

567-569 *cornua lucanorum ... morbos* Nach Plin.

579 his E-I: iis B-D.

Nat. XI, 97; XXX, 138.

568 *gestantur in crumena* Antik nicht bezeugt,
 jedoch neuzeitlich aus Frankreich: Eugène
 Rolland, *Faune populaire de la France*, III,
 Paris, 1881, p. 328. *Handwörterbuch des deut-
 schen Aberglaubens*, IV, 1931/1932, p. 114 sq.
 s.v. Hirschkäfer.

570 Plin. *Nat.* XXXVII, 124.

571 ὁ δεινός ἐκεῖνος Cf. Adag. 2056,
 n.ll. 226-228.

571-576 *scarabeus ... remedium* Nach Plin. loc.
 cit.

572 Adag. 1447 (Ne e quouis ligno Mercurius
 fiat).

576 *moly* Hom. *Od.* X, 305.

578 *si quis ... regem adire paret* Ebenfalls nach
 Plin. loc. cit.

586 *aëtite* Plin. *Nat.* XXXVI, 149; X, 12.

587 *cantharias* Plin. *Nat.* XXXVII, 187.

592-593 *apud Thebanos crassos homines* Cic.
Fat. 7: (caelum) „crassum Thebis, itaque
 pingues Thebani“.

homines inter numina habebatur, non admodum refragabor, modo meminerit
 hoc honoris aquilae cum crocodilis et cercopithecis, denique et cum cepis ac
 595 ventris crepitu esse commune, quandoquidem apud Aegyptios haec omnia
 portenta diuinos honores inuenerunt. Et si quo calculo dignum est in hac
 collatione numinis inane vocabulum, non defuerunt, qui scarabeo quoque
 tribuerint diuinitatem.

Vtrunque ducem vtcunque depinximus. Superest iam, vt tam atrocis belli
 600 causas repetamus. Olim in Aetna monte leporem quempiam insectabatur
 aquila iamque contractis vnguibus praedae sic imminebat, vt afflatu propemo-
 dum exanimatum animal et alioqui timidum ad proximum scarabei cauum
 velut ad asyllum confugerit. Quandoquidem in rebus desperatis extremoque
 discrimine praesidium vndelibet et petitur et speratur. Erat autem is scarabeus,
 LB 880 quemadmodum inquit Homerus, ἦψ τε μέγας τε. Nam in eo monte sca-
 606 beorum natio felicissimae sobolis esse perhibetur, adeo vt hinc ὁ Αἰτναῖος
 κάλυθαρος prouerbio sit nobilitatus, videlicet ob insignem corporis magnitudi-
 nem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus supplex ad eius genua se
 prouoluit, obsecrans atque obtestans, vt ipsius penates sibi vitae praesidio sint
 610 aduersus hostem immitissimum. Iam primum hoc ipso sibi nonnihil placebat
 scarabeus, quod extitisset, qui ipsi suam vitam debere vellet quique rem
 tantam a se praestari posse crederet, denique cui suum antrum, quod omnes
 homines obturatis naribus execrantes praeterire solent, idoneum videretur, ad
 quod salutis causa velut ad sacram aram aut principis statuam confugeret.
 615 Confestim igitur prouolat obuiam aquilae scarabeus et huiusmodi dictis
 furentem lenire conatur: 'Quo maior est tua potestas, hoc magis conuenit te
 parcere innoxiiis. Noli lares meos innocentis animantis interitu funestos
 reddere. Sic tibi tuus nidus semper ab huiusmodi calamitate sit immunis.
 Generosi regiique animi est dare veniam et indignis. Prosit nihil commerito
 620 domicilii reuerentia, quod cuique tutum et inuiolatum esse vult aequitas,
 sinunt leges, approbat consuetudo; prosit deprecantis si non autoritas, certe
 studium.

Quod si genus nostrum et scarabeia despicias arma,
At sperato deos memores fandi atque nefandi.

625 Si nihil te mouent penetrantium violatorum vices, in tuum caput aliquando
 rediturae, certe Iouem maximum reuereare, quem in vno facto ter offendes.
 Meus est hic hospes, offendes ξένιον, meus est supplex, et ipse pro illo tibi,
 violabis ἱκετήσιον. Denique pro amico deprecor amicus, offendes φίλιον. Scis,
 quam certas iras concipere soleat irritatus Iuppiter, quam acriter vindicet
 630 lacessitus, qui saeuienti ministras arma. Nec omnia permittit suis nec omnia
 condonat affectibus.' Sed plura parantem dicere scarabeum aquila vexatum
 alis contemptim in terram praecipitat. Leporem frustra supplicem sub oculis
 scarabei crudelissime iugulat laniatque, laniatum in immitem nidum deportat,
 neque vel tantillum valuerunt apud eam nec preces nec minae scarabei. Quem

635 tamen haud aspernata fuisset, si quantum audacia viribusque pollet, tantun-
dem polleret prudentia, aut si in mentem venisset olim leonem in extremo vitac
discrimine a mure seruatum fuisse et omnium quadrupedum tyranno, quod dii
vix dare poterant, id a tam infirmo contemptoque animalculo per occasionem
640 dedisse admorso aucupis calcaneo. Adeo nullus est tam humilis, tam abiectae
sortis, qui non possit per occasionem et prodesse amicus et nocere inimicus vel
potentissimo. Verum id temporis nihil horum succurrebat aquilae, tantum
praesenti praeda potitur fruiturque. Ea contumelia descendit altius in pectus
magnanimi scarabei, quam quisquam credidisset. Stimulabat excelsum ac
645 titanicum animum hinc pudor, quod in causa tam aequa parum sua valuisset
autoritas, hinc misericordia, quod innoxium animal et imbelles tam immaniter
esset laniatum, hinc dolor, quod ab aquila tam ferociter atque id tam impune
contemptus esset, haudquaquam, vt ipsi videbatur, contemnendus. Siquidem
650 nulli sua leuis est autoritas. Iam succurrebat et illud, fore vt vniuersum
scarabeorum genus in contemptum veniret, si semel id factum aquilae cessisset
impune. Ac tum quidem temporis, quoniam vlciscendi facultas non erat,
omnino regium quiddam exhibuit scarabeus, nempe hoc ipsum, quod de
Agamemnone caeterisque regibus dixit Calchas:

606 Αἰτναῖος B-C H I: Αἰθναῖος D-G.

611 ipsi E-I: sibi B-D.

629 irritatus B-D: iritatus E-G, iratus H I.

638 infirmo B-G: infimo H I.

648 ipsi E-I: sibi B-D.

593 *inter numina habebatur* Sc. aquila. Wohl nach Diod. I, 87, 9: Τὸν δ' ἀετὸν Θηβαῖοι τιμῶσι διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι δοκεῖν τοῦτο τὸ ζῷον καὶ τοῦ Διὸς ἄξιον. Er. bezieht die für das ägyptische Theben gemeinte Angabe auf das griechische. Er. erwähnt zwar Diodor in den *Adagia* nie, er besass aber eine Diodorausgabe (Versandliste Nr. 310 Husner: „Diodorus Siculus“). Da die Editio princeps erst 1539, für die Bücher 1–20 erst 1559 erschien, muss es sich bei dieser Ausgabe um Poggios Übersetzung der Bücher 1–5 handeln (gedruckt in Bologna 1472, in Venedig 1477, 1481, 1496).

593–596 *modo meminerit ... inuenerunt* Nach Iuv. 15, 1–10.

596 *calculo dignum* Cf. *Adag.* 455 (Calculus reducere), LB II, 203 D.

597–598 *non defuerunt ... diuinitatem* Nach Plin. Nat. XXX, 99.

600 *Olim* etc. Der folgenden, breit ausgeführten Geschichte liegt Aesop. 3 (III) Hausr. zu Grunde. Er. lokalisiert sie am Aetna, angeregt von Schol. Aristoph. Pax 73, und erweitert sie durch viele eigene Zutaten.

605 ἦός τε μέγας τε Hom. II, II, 653 und oft, als Attribut von Helden.

606–607 *Adag.* 1565 (Aetnaeus cantharus).

623–624 *Quod si ... nefandi* Cf. Verg. *Aen.* I, 542 sq.: „Si genus humanum et mortalia temnit arma / At sperate deos memores fandi atque nefandi.“

625–626 *Si nihil te mouent ... reuerere* Nach Verg. *Aen.* IV, 272: „Si te nulla mouet tantarum gloria rerum, ... respice.“

627–628 ξένιον ... ἱκετήσιον ... φίλιον Die Beinamen des Zeus kannte Er. aus Lucian. und Suid., das seltene ἱκετήσιος (für gewöhnlicheres ἱκέσιος) aus Hom. *Od.* XIII, 213.

636–637 *olim leonem ... a mure seruatum* Aesop. 155 Hausr.

639–640 *formicam ... calcaneo* Aesop. 176 Hausr.; „calcaneum“ („die Ferse“) z.B. Ps. Verg. *Mor.* 36.

643–644 *Ea contumelia ... credidisset* Nach Sall. *Iug.* 11, 7: „Quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus erat, descendit.“

655 Ἐἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
 Ἄλλὰ γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσῃ,
 Ἐν στήθεσσι ἐούσι.

Omnes igitur artes, omnes dolos in pectus aduocat. Nec vulgarem molitur poenam, interneccionem ac plane πανολεθρίαν in animo voluit. At cum ipsa quidem aquila, hoste tam bellaci, Martem experiri non satis tutum esse
 660 ducebat, non solum ob id, quod copiis esset inferior, verum etiam quod Mars, stupidus deus ac vecors nec minus caecus quam ipse Plutus aut Cupido, ple|runque faueat causae deteriori. Quod si maxime par viribus fuisset, si
 1.18 881 felicius pugnarent hi, quorum melior esset causa, tamen esse videbat, in quo grauius excruciatet aquilam et odium suum pleniore vindicta satiare, si
 665 posteritate sublata viuam etiam et sentientem aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius disruciantur parentes quam in liberis, adeo vt, qui sui corporis saeuissimos negligunt cruciatus, filiorum tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos miro vitae contemptu pullis suis succurrere, viderat exempla huius animi in animantibus permultis. Existimabat ab his
 670 communibus affectibus non esse alienam aquilam. Denique suo generi tutius esse iudicabat, si inimicum tam pertinacem ab ipsa, quod aiunt, stirpe perdidisset. Audierat, opinor, celebratum illud prouerbium:

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει.

Titillabat et blanda quaedam spes, si facinus successisset, futurum vt profligata
 675 aquila ipse regno potiretur. Atque vt dolor non solum fortes facit et intrepidus, verum etiam sagaces, diligenter explorat, quo loco spem suae posteritatis hostis recondidisset. Quo peruestigato Vulcanum adit, quicum illi nonnulla familiaritas est ob coloris similitudinem. Exorat, vt arma sibi cudat, quae neque sint onerosa volanti et tamen aduersus mediocre vim tueantur. Armat
 680 a summo vertice ad imum vsque calcaneum Vulcanus scarabeum his armis, quibus adhuc vtitur; nam antea muscarum more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelso praeruptoque scopulo, multa sarmentorum ac stipularum vi congestus et communitus. Huc mihi protinus egregius scarabeus aduolaritne an adrepserit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tum,
 685 cum pennis aquilae feriretur, adhaerentem clanculum ab insciente aquila in nidum deportatum esse. Et quo nec homines, quibus non est aliud animal insidiosius nec ad nocendum ingeniosius, peruenire potuissent, eo penetrauit scarabeus. Inter stipulas in insidiis abdit sese ac tempus nactus idoneum aquilae oua protrudit e nido, aliud post aliud, donec nullum reliquum faceret.
 690 Ea delapsa comminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in saxa elisi prius orbati vita sunt, quam vitae sensum accepissent.

Nec hac tam atroci poena contentus fuit scarabei dolor. Est gemma cum primis nobilis, quam ab aquilae nomine Graeci vocant aëtiten; non dissimilis est ouo, sexu quoque distinguitur, nam in foemina foetum inclusum inuenias

695 pulli propemodum specie. Mira vis ad eliciendum partum. Quamobrem
 hodieque parturientibus admouetur, quo partum acceleret. Huius itaque
 generis par aquila solet in nido suo ponere, alioquin nunquam positura oua aut
 certe non exclusura pullos. Tantum etiam thesaurum deiicit e nido scarabeus,
 700 quo pariendi facultatem in posterum eripiat, lapides acutis excepti saxis
 minutatim dissiliere. Ne haec quidem adhuc satis visa sunt irae scarabei.
 Leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamentis hostis frueretur,
 itaque rursus abdit se penitus in stipulis. Redit aquila, nouam sui generis
 cladem conspicatur, videt sua viscera frustulatim discerpta, videt nobilis
 gemmae non aestimabilem iacturam: queritur, clangit, fremit, stridet, eiulat,
 705 obtestatur deos ac suis illis oculis, quos iam dolor etiam acuebat, hostem tam
 potentem circumspicit. Atque omnia potius in mentem veniunt reputanti
 quam scarabeus ille contemptus. Dira minatur, dira precatur ei, quisquis
 tantae calamitatis fuisset autor. Quantam interea voluptatem animo persensis-
 se credis scarabeum, dum haec audit? Quid faciat misera? Rursus in
 710 fortunatas insulas illi deuolandum fuit (neque enim aliunde importatur
 ἀετίτης), alterum par inueniendum. Nidus in locum multo semotiorem
 aeditioremque transfertur. Rursus oua ponit, et huc nihilo secius ignotus hostis
 penetrat, populatur omnia, totam superiorem renouat tragoediam. Rursus
 hinc in tutiorem arcem demigrat aquila, alia deponit oua, alios adhibet aëtitas.
 715 Rursus adest scarabeus.

LB 882 Nec modus nec finis fugiendi atque insequendi, donec delassata tot cladibus
 ales constituit sacram mouere ancoram ac suis diffisa viribus ad deorum
 praesidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suae tragoediam, hostem
 tam potentem eumque, quod esset grauissimum, ignotum, vt tanta passae

658 internecionem *D-I*: internitionem *B N*,
 internicionem *C*.
 663 hi *D-I*: ii *B-C*.
 688 nactus idoneum *G-I*: idoneum nactus

B-F.
 697 alioquin *D-I*: alioqui *B-C*.
 699 in *G-I*: et in *B-F*.
 714 aquila *E-I*: om. *B-D*.

654–656 Εἴπερ ... εἰοῖσι Hom. *Il.* I, 81 sqq.
 658 πανολεθρίαν Cf. *Adag.* 927: „Qua voce
 significabant eiusmodi perniciem, vt nihil
 omnino reliquum fieret.“
 661 caecus ... *Plutus* Cf. *Adag.* 2206 (Ἀζήλος
 πλοῦτος), l. 740 sqq. und *Adag.* 684 (Occul-
 tae musices nullus respectus), *LB* II,
 295 DE.
 671 ab ipsa ... stirpe *Adag.* 1386 (Ab ouo
 vsque ad mala), *LB* II, 548 E.
 672 *Adag.* 953 (Stultus, qui patre caeso liberis
 pepercit).
 677–681 *Vulcanum ... vitur* Von Er. nach
 dem Vorbild Homers, *Il.* XVIII, 368 sqq.
 hinzugefügt.
 680 a summo ... calcaneum Cf. *Adag.* 137 (A

capite vsque ad calcem).
 684–689 *Sunt qui dicant ... e nido* Aesop. 3 (III)
 Hausr., p. 7, ll. 6–8.
 692–694 *Est gemma ... inuenias* Cf. supra
 n.l. 586. Bei Aesop ist der Adlerstein nicht
 genannt.
 695 *Mira vis ... partum* Cf. Plin. *Nat.* XXX,
 130; XXXVI, 151.
 696 *hodieque parturientibus admouetur* Cf. *Hand-*
wörterbuch des deutschen Aberglaubens, I, 1927,
 p. 190 s.v. Adlerstein.
 696–698 *Huius ... pullos* Plin. *Nat.* XXXVI,
 149.
 713 *renouat tragoediam* Cf. *Adag.* 3240 (Tragi-
 cum malum).
 717 *sacram ... ancoram* Cf. *Adag.* 24.

720 facultas etiam vlciscendi eriperetur. Addit hanc suam perniciem ad ipsum quoque Iouem pertinere, periturum imperii munus, quod ille donasset, mutandum armigerum, si quemadmodum instituit hostis, pergeret; esse nonnihil assuetis ac notis vti ministeriis, etiam si nouitas in suffecto Ganymede feliciter successisset. Mouet Iouem satellitis sui periculum, praesertim cum
 725 recens rapti Ganymedis officium haereret animo. Iubet, si videatur, in suo ipsius sinu deponat oua. Aut illic aut nusquam omnino in tuto futura. Paret ales ac in summi Iouis sinu extremam gentis suae spem deponit, multum obtestata per felicissima illa oua, quae quondam illi Leda pepererat, vt sua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? Vereor, ne cui res
 730 supra veri fidem esse videatur. Ad ipsam summi Iouis arcem inuictus subuolat scarabeus, haud scio an numinis alicuius fauore adiutus. Pastillum in hunc vsum e stercoribus paratum in sinum illius demittit. Iuppiter vt est sordium insolens, quippe in purissima mundi parte habitans et a terreno contagio longissimo semotus interuallo, dum offensus teterrimo odore fimum e sinu
 735 studet excutere, oua aquilae deiicit imprudens, quae videlicet ex alto delapsa perierunt, et prius quam terram contingerent. Atque ita tandem cognitus est ille tot cladium artifex, et hoc ipsum voluptatis cumulum addidit scarabeo: iuuat agnoscī. Contra aquilae, nam rem gēstam ex ipso didicit Ioue, non mediocre doloris pondus adiecit tam contemptus suae calamitatis autor.
 740 Quandoquidem est et hoc nonnullum mali solatium, si quis a magno superetur hoste. Hinc velut de integro dirum inter eos coortum bellum: Aquila pro viribus vbicunque conspectam scarabeorum gentem vexat, rapit, proterit, perdit; vicissim scarabeus in aquilae perniciem neruos intendit vniuersos. Itaque praedandi, insidiandi, iugulandi *nec mora nec requies* nec vllus omnino
 745 finis futurus videbatur nisi vtraque gente pariter sublata funditus, vt Cadmeam victoriam diceres; adco *gladiatoris animis* vterque in alterum *affectabat viam*. Nec vinci poterat aquila, neque cedere nouit scarabeus.

Tandem Iuppiter in tantis rerum periculis succurrendum putat, conatur priuatim inter eos rem componere. Quo magis conatur, hoc magis horum
 750 incrudescit odium, gliscunt irae, feruescunt pugnae. Et erat ille quidem haud dubie propensior in aquilae partem; sed e diuerso mouebat exemplum longe perniciosissimum, si cui licuisset impune *ἰκετήσιον, φίλιον* aut *ξένιον* contemnerē. Proinde facit quod in extremo rerum discrimine solet: deos in concilium aduocat. Pauca praelocutus rem, vt est gesta, proponit. Praeconio Mercurii fit
 755 dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententiae. Variatum est studiis. Dii contemptiores fere fauebant scarabeo, ex maximis etiam Iunō vehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis aquilae rebus infensa. Tandem in hoc senatus consultum pedibus itum est, quod arguta voce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in aes incidit: vti bellum aeternum scarabeus et aquila suo
 760 gerant arbitrato. Quod cuique acciderit incommodi, ob id in ius vocare non liceat, bello imputetur. Quod quisque rapuerit, id iure belli possessurum, tantum non placere diis internicionem vllius gentis. Proinde triginta dies, per

quos incubat aquila, temperetur a manibus, seruentur induciae. Nec fas sit
 765 scarabeis per id tempus in publicum prodire, ne videlicet ad inediam ac
 fouendi laborem belli quoque taedium accederet aquilae. Addidit illud ex suo
 studio Iuppiter, idque reclamantibus nonnullis: 'Aequum est', inquit, 'ex tam
 immensis terrae spaciis vel exiguum angulum velut asyllum superesse meo
 1.B 883 satelliti, quo tutus sit a scarabeorum incursu. Neque vero nouum exemplum
 770 induco. Sunt loca, quae lupum nesciant; sunt, in quae non immigrant venena;
 sunt, in quibus non viuunt talpae. Metabor et ipse in Thracia iugerum aliquot
 spacium apud Olynthum, in quod si quocunque modo prudens imprudens
 volens nolens pedem intulerit scarabeus, capitalis esto; nec fas sit exire semel
 ingresso, verum inibi torquat sese, donec emoriatur. Loco nomen tribuitor
 775 Cantharolethrus, vt vel ipso monitus vocabulo sciat scarabeus actum fore de
 se, si contra nostrum senatus consultum non vereatur in eum locum irrumpere.
 Rhodo exulat aquila, ne cui videatur inhumanum Olyntho excludi scarabeum.'

Sic ait et totum nutu tremefecit Olympum.

Adfremebat omnis deorum consessus. Valet in hodiernum vsque diem senatus
 780 consultum semperque valebit. Scarabeis et aquilis durat exitiale bellum; per
 eos dies, per quos incubat aquila, nusquam apparent scarabeorum filii. Locum
 eum, quem designauit Iuppiter, summo studio vitat; quod si quis importet,
 protinus exanimatur. Eiusque rei, si quis forte requiret, testimonium perhibet
 Plinius libri vndecimi capite xxviii. atque hoc quoque grauior autor Plutarchus
 in commentario De animi tranquillitate.

785 Sed iamdudum, sat scio, sic tecum cogitas, optime lector: 'Quid isti venit in
 mentem, vt tantum nugarum de nihilo nobis effutiat ac non quidem elephan-
 tum e musca, quod aiunt, sed e scarabeo gigantem reddat? Quasi vero parum
 negotii sit tot adagiorum chiliadas euoluere, nisi fabulis insuper tam verbosis
 nos enecet.' Dicam equidem. Vt est sua cuique sententia, sunt quibus in

723 nouitas I: id B-H.

724 Mouet C-I: Mouit B N.

725 Iubet C-I: Iubet vt B.

728 sua D-I: sua oua B-C.

769 nesciant B-D: nesciunt E-I.

778 Adfremebat C-I N: Adfremabat B.

723-724 nouitas ... successisset Wohl angeregt durch Lucian. *Deor. dial.* 5.

744 nec mora nec requies Verg. *Georg.* III, 110; *Aen.* V, 458; XII, 553.

745-746 *Cadmeam victoriam* Adag. 1734.

746 *gladiatorii* ... *viam* Nach Ter. *Phorm.* 964: „Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.“ Cf. Adag. 276.

752-753 *si cui* ... *contemnere* Cf. supra l. 627 sqq.

754-755 *Praeconio Mercurii* ... *sententiae* Nach Lucian. *Deor. conc.* 1.

756-757 *Iuno* ... *infensa* Lucian. *Deor. dial.* 5;

Deor. conc. 8 sq.

770-774 *sunt, in quibus* ... *Cantharolethrus* Cf. Adag. 2516, ll. 145-148.

776 *Rhodo* ... *aquila* Nach Plin. *Nat.* X, 76.

777 Cf. Verg. *Aen.* IX, 106 = X, 115: „Adnuit et totum nutu tremefecit Olympum.“ Cf. supra n.ll 21-22.

783 Plin. *Nat.* XI, 99.

Plut. *Mor.* 473 e.

787 *quod aiunt* Adag. 869 (Elephantum ex musca facis).

788 *tot adagiorum chiliades* Cf. Adag. 2001, n.ll: 412-415.

790 explicandis adagiis inops videor ac ieiunus. Existimant enim id demum esse
magnificum, si quis volumen in immensum extendat. Istis nimirum libuit
ostendere me in caeteris data opera breuiorem esse; alioqui non defuturum
fuisse, quo rem locupletarem, si ostentandae copiae quam iuuando lectori
795 huius fabulae comicus Aristophanes ἐν Εἰρήνῃ, his quidem versibus:

Ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη
Μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος.
— Ἄπιστον εἶπας μῦθον, ὦ πάτερ πάτερ,
Ὅπως κάκισμον ζῶον ἦλθεν εἰς θεοὺς.
800 — Ἦλθεν κατ' ἔχθραν αἰετοῦ πάλαι ποτὲ
ἽΩ' ἐκκυλίνδων κἀντιτιμωρούμενος. Id est
*In fabulis id est repertum Aesopidis,
Adiisse diuos vnicum e volucribus.*
— *Haud credibilem ais fabulam, pater pater,
805 Adiisse diuos animal obscoenum atque olens.*
— *Peruenit olim, inquam, ob simultatem asperam,
Quae illi fuit cum aquila, oua voluens illius
Et expetens poenas ab hoste mutuas.*

Admonet autem apologus non esse cuiquam contemnendum hostem quamuis
810 infima fortuna. Sunt enim homunculi quidam, infimae quidem sortis, sed
tamen malitiosi, non minus atri quam scarabei neque minus putidi neque
minus abiecti, qui tamen pertinaci quadam ingenii malitia, cum nulli omnino
mortalium prodesse possint, magnis etiam saepenumero viris facessant nego-
cium. Territant nigrore, obstrepunt stridore, obturbant foetore, circumuoli-
815 tant, haerent, insidiantur, vt non paulo satius sit cum magnis aliquando viris
simultatem suscipere quam hos lacessere scarabeos, quos pudeat etiam vicisse
quosque nec excutere possis neque conflictari cum illis queas, nisi discedas
contaminatior.

[A]

TIMIDVS PLVTVS

2602

820 Δειλὸς ὁ πλοῦτος, id est *Timidus Plutus*. Huiusmodi enim et Aristophanes
inducit Plutum atque hunc imitatus Lucianus in *Timone*, omnia formidantem
nullique fidentem. Neque vero dissimilem animi habitum opes adferunt
diuitibus, cum contra paupertas secunda in vtranque dormiat aurem. Aristopha-
826 nes vulgo iactatam indicat opulentiae timiditatem, cum ait: Ἄλλὰ λέγουσι
πάντες, ὡς / Δειλότατον ἐστ' ὁ πλοῦτος, id est *Quin id omnes dictitant, /
Timidissimum quiddam esse diuitias*. Interpres admonet comicum allusisse ad illud
Euripidis:

Δειλὸν θ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν, id est
Res cupida vitae sunt opes, pauidum malum.

830 Id ideo dictum est, quod diuitibus multi tendunt insidias: nempe latrones, haeredipetae, principes, sycophantae, nonnunquam et vxor et liberi. Quam ob causam addidit Euripides φιλόψυχον κακόν, vel quod ob diuitias magis illis libeat viuere quam his, qui tenui sunt fortuna, vel quod ob eas saepenumero de vita solliciti sunt. Id eleganter explicans Iuuenalis

835 *Pauca licet, inquit, portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus, gladium contumque timebis
Et motae ad lunam trepidabis arundinis vmbram.
Cantabit vacuus coram latrone viator.*

840 In summa, in omni negotio formidolosior est diues quam pauper. Cautius munit aedes furum metu. Metuit tempestates propter frumenta, quae habet in agris, propter merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur. Metuit inimicos, ne quid noceant. Timidius conuitiatur metu multae. Omnia circumspectius et facit et dicit metu calumniae, quae potissimum diuitibus strui solet, quippe quibus est quod auferri possit. Si bellum
845 immineat, diues in primis discruciat. Denique nec superstitione vacat, ne quod numen parum amicum damnus immittat.

[A]

PANICVS CASVS

2603

Πανικόν veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres

795 fabulae *H I*: apologi *A*, fabellae *B-G*;
comicus *B-I*: *om. A*.

809 autem *B-I*: *om. A*.

820 ó *B-I*: *om. A, suppl. s*.

822 habitum *B-I*: debitum *A*, *corr. s*.

824 vulgo *B-I*: inquam vulgo *A*.

829 pauidum *H I*: pauidum ac *A-G*.

833 his *D-I*: iis *A*, ii *s B C*.

835 pauca licet, inquit *F-I*: paucula, inquit, si
A-E.

836 timebis *B-I*: tenebis *A*.

795 Aristoph. *Pax* 131 sqq.

809-818 Die abschliessende Partie passt nicht zum Bild des unentwegten Kämpfers gegen Tyrannenmacht. Die Diskrepanz erklärt sich daraus, dass das Stück unverändert aus der Erstausgabe der *Adagia* von 1508 übernommen wurde, in der der Käfer diese Rolle noch nicht zu verkörpern hatte. Im übrigen verwendet Er. später (1530/1: Ep. 2255, l. 12; Ep. 2481, l. 34) den Ausdruck „scarabeus“ für einen ihm unangenehmen Widersacher (Clyfton, zu diesem cf. Allen, Ep. 194, n.l. 30) durchaus im Sinne dieser Schlüssätze.

2602

820 Zenob. 3, 35 (δειλόν: δειλός Zenob. Ald. col. 67).

Aristoph. *Plut.* 202 sq.

821 Lucian. *Tim.* 11-40.

823 in vtranque ... aurem *Adag.* 719 (In

vtramuis dormire aurem).

Aristoph. loc. cit. (ἀλλὰ καὶ λέγουσι).

826 *Interpres* Schol. Aristoph. *Plut.* 203.

827 Eur. *Phoen.* 597 (δειλόν δ').

834 Iuv. 10, 19 sqq.

839 In *summa* Eine vom jüngern Plinius oft gebrauchte Wendung (*Epist.* I, 12, 12; 14, 6; 15, 4; 22, 6 und oft in den Büchern I-IX).

2603 *Collect.* 779 (Πανικός, id est panicus casus).

847 Titel nach *Collect.* 779, wo Cic. *Att.* VII, 26, 3 den Ausgangspunkt bildete.

848-852 Πανικόν ... *perturbantur* Nach dem weiter unten (l. 866) zitierten Politian. *Miscell.* 28: „Panica vocantur, vt arbitror, a Graecis repentini quidam terrores et consternationes, quales vtique lymphatici metus, vsque adeo irreuocabiles, vt non ratione modo, sed mente etiam careant.

enim existimabant Panem deum repentinos terrores et animi consternationes
 850 immittere lymphaticis simillimas, vsque adeo impotentes, vt non ratione
 modo, verum et mente careant. Sicuti non rarenter vsu venit, cum in exercitu
 nulla comparent idonea causa viri pariter atque equi perturbantur. Cuius rei
 meminit et Euripides in Rheso:

ἼΑλλ' ἤ Κρονίου Πανὸς τρομερᾶ μάστιγι φοβῆ.

855 Verba sunt Hectoris ad custodes nunciantes nouum tumultum in castris oriri,
 atque is motum Panicum esse respondet. Pindarus in Nemeis scribit non
 oportere fortibus viris vitio vertere, si fugiant in huiusmodi tumultu: Ἐν γὰρ
 δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν, [B] id est *In diuinis terroribus fugiunt et*
filii deorum, [A] δαιμονίους φόβους appellans τοὺς Πανικούς. Narratur idem deus
 860 concham illam tortilem ac turbinatam, quae Graece κόχλος, id est *testudo*,
 dicitur, primus reperisse eaque personans olim Titanas, contra quos bellabat,
 in fugam egisse. [F] Pausanias in Phocaeis: Ἐν δὲ τῇ νυκτὶ φόβος σφίσι
 ἐμπίπτει Πανικός· τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδεμιᾶς δείματα ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι, id
 est *Caeterum noctu irruit in eos paenor Panicus, siquidem terrores nulla de causa exortos*
 865 *aiunt ab hoc immitti*. [A] Hac de re copiosius disserit citatis aliorum etiam
 Graecorum testimoniis Angelus Politianus in Miscellaneorum annotatione
 vigesima octaua. Hoc adagii subinde refertur a Cicerone in Epistolis ad
 Atticum: *Ego, inquit, bellum foedissimum futurum puto, nisi qui, vt tu scis, Panicus*
casus extiterit. Rursum alibi: *De Ventidio panicon puto*. Item alibi: *Rumorem*
 870 *adferunt magnum, Romae dum ad Antonium frumentum omne portari*, πανικὸν certe.
 [H] Item alibi: *Interim (scis enim quaedam πανικά dici, item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου)*
rumore aduentus nostri et Cassio, qui Antiochiae tenebatur, animus accessit, et Parthis
timor injectus est. [A] Idem ad Tyronem: *Etsi Atticus noster, qui me quondam*
 875 *moueri πανικόως intellexit, idem semper putat nec videt, quibus praesidiis philosophiae*
septus sim. Et hercle, quod timidus est ipse, θορυβοποιεῖ, id est tumultum ciet et
 panicis mouetur. Huc alluisse puto et Apuleium in Asino suo, cum Psychae ad
 mortem spontaneam properanti Panem obuium facit.

[A] NIHIL MINVS EXPEDIT QVAM AGRVM OPTIME COLERE 2604

Apud priscos adagionis instar fuisse Plinius testatur libri xviii. capite vi.
 880 *Temerarium, inquit, videatur vnā vocem antiquorum posuisse, et fortassis incredibile*
 1.B 885 *penitus existiment, nihil minus expedire quam agrum optime colere*. L. Tatius Rufus
infima natalium humilitate consulatum militari industria meritis, antiquae alias
parsimoniae, circiter mille siclos [F] (siue quae lectio quibusdam magis arridet,
 885 *sestertium*) [A] *liberalitate diui Augusti congestum vsque ad detractionem haeredis*
exhansit, agros in Piceno coemendo colendoque in gloriam. Internicionem ergo famemque
censemus? Imo hercle iudico modum rerum omnium vtilissimum. Bene colere necessarium
est, optime damnosum. Hactenus Plinius. Huc et Terentius allusit, cum ait in
 Phormione:

*Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.*

Item illud Horatianum:

In vitium culpa ducit fuga, si caret arte.

[B] Denique prouerbiū Hebraeorum admonens, ne quis nimium sit iustus.

858 δαίμονιοις H I: δαίμονιοισι A-G.

865 aliorum F-I: om. A-E.

873 me B-I: om. A, suppl. s.

879 Apud B-I: Eodem pertinet quod apud A; testatur B-I: refert A; xviii. G-I: oc-

taui A, octaui decimi s, decimioctauī B-F.

883 siclos F-I: ciclos A-E.

884 congestum F-I: om. A-E.

886 iudico F-I: indico A-E.

... Et Panici tumultus interdū exercitum occupabant ..., cum repente in exercitu viri equique perturbantur, nulla comparente causa."

853 Eur. *Rhes.* 36 (ῆ: ῆ codd.).

856 Pind. *Nem.* 9, 27 (δαίμονιοισι, so Er. in A-G).

859-862 *Narratur ... egisse* Nach Politian. loc. cit.: „Theon quoque Arati poetae interpres militasse ait Pana deum aduersus Titanas, primumque eum videri concham illam tortilem et turbinatam, qua pro tuba vtuntur, inuenisse, quae Graece cochlos appellatur, factumque ..., vti se armandi sociis ... fieret copia, dum sonitu ... in fugam Titanes agebantur.“ Quelle Polizianos war Schol. Arat. 283, p. 397 Maass; cf. Ps. Eratosth. *Catast.* 27. Dazu V. Jußen, „Pan terrificus“ de Politien, BHR 33 (1971), pp. 641-645.

860 *testudo* Irrtum; κόχλος bezeichnet die Schnecke, „cochlea“. Cf. *Adag.* 2238, n.l. 59.

862 Paus. X, 23, 7.

866 Politian. loc. cit.

867 Cic. *Att.* VII, 26, 3 (Parthicus casus).

869 *Rursum alibi* Ibid. XVI, 1, 4 (πανικόν puto).

Item alibi Ibid. XIV, 3, 1 (Romae domum).

871 Ibid. V, 20, 3 (dici quaedam πανικά, dici item).

873 Cic. *Fam.* XVI, 23, 2 (875 ipse est).

876 Apul. *Met.* V, 25.

2604 Otto 39.

879 Plin. *Nat.* XVIII, 36 sq. (880-881 fortassis incredibile penitus aestimetur; 881 L. Tarius Rufus; 883-885 circiter milies HS liberalitate diui Augusti congestum vsque ad detractationem heredis exhaust; 886 immo Hercules modum iudicem rerum omnium vtilissimum). Der Text wurde 1526 nach der Frobenschen Pliniusausgabe von 1525, an der Er. selbst beteiligt war, reui-

diert (cf. app. crit.). Als Vorlage für den Text der *Adagia* von 1508 kommen von den zahlreichen damals vorhandenen Drucken (Schweiger, *Handb. der class. Bibliogr.* verzeichnet bis 1507 15 italienische Ausgaben) die Venedigerausgaben von 1499 und 1496 nicht in Frage, dagegen ältere von 1491 und 1487, wo sich die Lesarten *Tatius* und *siclos* anstatt „Tarius“ und „sestertium“ finden. In diesem Falle hätte Er. (oder der Setzer des Aldus?) *siclos* in *ciclos* und *iudico* in *indico* verschrieben, ferner *congestum* als zu *siclos* nicht passend weggelassen. In Er.' Handexemplar der Ed. Ven. 1496, das die Basler Universitätsbibliothek besitzt (Sign. Inc. 483), ist der Satz *Immo hercule iudico modum rerum omnium vtilissimum* (l. 886) unterstrichen und am Rande von Er. dazu notiert: „πάντων μέτρον ἄριστον“ (Ps. Phocyl. 36 = 69 b). Das Exemplar figurirt nicht auf der Versandliste der Erasmusbibliothek, da Er. es nach einem Eintrag auf der Titelblattseite seinem Patenkind Erasmus Froben (geboren zwischen Ende August und dem 16. Oktober 1515; Hartmann, *Am. Kor.* 538, n. 6) geschenkt hatte (Karl Schwarber, *Sonntagsbeilage der Basler „Nationalzeitung“*, 29. August 1948). In der Versandliste sind zwei Exemplare der Frobenschen Ausgabe (1525; eine zweite und eine dritte Auflage, besorgt von Gelenius, erschienen 1530 und 1535) angeführt: Husner Nr. 205 „Plinij Natura. Histor. Frob.“; Nr. 207 „Plin. Natu. hist. Frob.“. Eine dritte Ausgabe ist einfach als „C. Plinii Natural. Histo.“ bezeichnet (Nr. 412 Husner).

887 Ter. *Phorm.* 766 sq. (malis: *malos* die alten Ausgaben).

891 Hor. *Ars.* 31.

893 *Ecl.* 7, 16 (17): „Noli esse iustus multum.“

[A]

CITIVS QVAM ASPARAGI COQVVNTVR

2605

895 *Velocius quam asparagi coquantur.* De re vehementer properata. Sunt quaedam
 figurae prouerbiales, quae Octauio Augusto peculiariter arriserunt; inter quas
 haec quoque refertur a Tranquillo, cum scribit eum *ad exprimendum festinatae rei*
velocitatem solere dicere: *Velocius quam asparagi coquantur.* Idque identidem in
 900 literis vsurpat. [G] Est autem asparagus herbae genus spinosum et in
 medicinam vtile et in cibos gratum, cuius summa, priusquam durescant, leuiter
 coquantur, tantum vt cruditas absit. Dicitur autem asparagus, quod, qui sunt
 in his praecipui, non seruntur, vt Athenaeus dixit. [H] Docti quidam
 admonent simile quiddam dici de salsamentis, *Citius quam salsamenta coquantur,*
 eo quod quidam pisces sale conditi aut fumo ventouae durati crudi quoque
 905 comedantur aut leuissime cocti. Quanquam hoc prouerbum apud Athenaeum,
 vnde citant, nondum repperi. [A] Confine illi, quod alibi dicitur, Ἀφύα ἐς πῦρ,
 id est *Aphya ad ignem.*

[A]

AMICITIAE PERSONAM

2606

910 Τὸ προσωπεῖον ἀφελεῖν τῆ φιλίᾳ, id est *Amicitiae personam detrahere,* dicimur,
 cum aperte quae sentimus animo tum facimus tum loquimur apud amicos et,
 quicquid in pectore clausum est, id prae nobis ferimus. Vultus enim ab animo
 discrepans persona verius est quam vultus. Et eleganter a Seneca dictum est in
 Caesarem: *Vt personam malit quam faciem,* id est vt videri malit quam esse. [F]
 M. Tullius Tusculanarum quaestionum quinto scribit Epicurum tantummodo
 915 personam induisse philosophi. Martialis:

*Mentiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis,
 Tam subito coruus, qui modo cygnus eras.
 Non omneis fallis, scit te Proserpina canum,
 Personam capiti detrahet illa tuo.*

920 Neque semper tamen persona sonat in malam partem. Etenim quum scribit
 M. Tullius in Officiis *Ponit enim personam amici, quum induit iudicis,* non significat
 fictum amicum aut fictum iudicem. Est autem traductum a personis histrio-
 num.

[A]

VTERE CVRRV, DE ASINIS NIHIL LABORANS

2607

925 Ἀπονέμου τῆς σῆς ἀμάξης, τῶν δ' ὄνων οὐδὲν μέλει, id est
Vtere plaustris tuis asinosque ne curaueris.

[B] Versus est trochaicus tetrameter. [A] Hoc prouerbio monebant, vti suarum
 quisque rerum curam ageret hisque frueretur, alienarum negligens atque
 incurius. Hinc ducta metaphora, quod, quibus plastrum est domi, nihil
 930 necesse habent deportandis oneribus asinos aliunde conducere.

[A]

LIBYCA FERA

2608

Λιβυκὸν θηρίον, id est *Libyca bestia*. Refertur a Diogeniano. Dicebatur olim in hominem vafrum, callidum, versipellem, variis moribus ancipitique ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quod in
935 Libya variae ferarum species saepenumero misceantur atque ita noua quaedam hinc monstra spectaculo produci soleant, Romam a prouinciae praesidibus deportata.

[A]

SEMPER ADFERT LIBYA MALI QUIPPIAM

2609

LB 886

941

Eodem fonte fluxit et illud: Ἄει φέρει τι Λιβύη κακόν, id est *Semper affert Libya mali quippiam*, quod inde Romam, vt dixi, monstra deportarentur. Hinc et in mores ingeniumque gentis detorqueri potest, siquidem, vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Peculiariter conueniet in foedifragos ac pactorum nouatores.

906 Ἀφύα D I: Ἀφύια A-C.

907 id est B-D: om. A E-I.

908 personam B-I: om. A.

927 tetrameter G-I: trimeter B-F.

928 hisque E-I: iisque A-D.

932 bestia C-I: bellua A, belua s B.

936 hinc C-I: om. A B.

939 fluxit B-I: manauit A.

2605 Otto 195.

895 Suet. *Aug.* 87, 1.897 a *Tranquillo* Suet. loc. cit. (exprimendam; celerius ... coquantur).898-899 *identidem in literis* Nach Suet. loc. cit.899 *asparagus herbae genus spinosum* Nach Plin. *Nat.* XXI, 91.899-900 *in medicinam vile* Ibid. XX, 108.

902 Athen. II, 62 e.

905 Athen. III, 119 e: (παροιμία) Τάριχος ὀπτὸς εὐθύς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ.

906 *alibi dicitur* *Adag.* 112. Das Futurum ist aus A stehen geblieben, wo es der Reihenfolge der beiden Adagien entsprach: *Adag.* 2605 = A 819. *Adag.* 112 = A 1111.2606 *Collect.* 405 (Amicitiae personam oportet detrahi), nur lateinisch, nach Politian. *Epist.* I, 11 (p. 8 ed. Basil. 1553). Otto 1385.

909 Die griechische Form scheint von Er. selbst nach der lateinischen, aus Poliziano übernommenen gebildet zu sein.

912 Sen. *Benef.* II, 13, 2 über C. Caesar (Caligula): „Libet itaque interrogare, quid se tantopere resupinet, quid voltum habitumque oris peruertat, vt malit habere personam quam faciem.“914 Cic. *Tusc.* V, 73: „Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi“.915 Martial. III, 43 (Laetine: *Lentine* ältere Ausgaben, cf. Lemaire [1825] zur Stelle).921 Cic. *Off.* III, 43.

2607

925 Suid. ἀπονέμου τῆς ἀμάξης 3450.

927 *Versus ... tetrameter* Der Vers entsteht durch das von Er. zugefügte σῆς. Anders versuchte ihn Scaliger, *Stromateus* 1196 durch Einfügung von μοι nach ἀπονέμου herzustellen.927-930 *Hoc prouerbio ... conducere* Nach Suid. loc. cit., mit anderer Nuancierung.929-930 *nihil ... conducere* Anders Suid.: ..., ὄνους δὲ μισθούμενοι ἀμελοῦσιν αὐτῶν. Der Sinn des Sprichworts ist unklar.2608 *Collect.* 621.

932 Diogen. 6, 11 (cf. Apost. 10, 75).

932-933 *Dicebatur ... ingenio* Ἐπὶ τῶν ποικίλων καὶ πολυειδῶν τοῖς τρόποις Diogen.934 Cic. *Catil.*, besonders II, 1; 2.934-936 *Inde natum ... soleant* Nach Diogen. loc. cit.2609 *Collect.* 526, cf. *Collect.* 46.

939 Diogen. 1, 68 (cf. Apost. 1, 49).

942-943 *in foedifragos ... nouatores* Ἐπὶ τῶν προσεξευρισκόντων αἰε νεώτερόν τι κακὸν καὶ κακόργων Diogen. Er. denkt an die „perfidia Punica“, wie sie Hannibal und Jugurtha vorgeworfen wurde.

[A] SEMPER AFRICA NOVI ALIQUID APPORTAT 2610

945 Huic simillimum est illud Plinianum, quod in Historia mundi refert, *Libyam*
semper aliquid noui adferre. Quod quidem ideo dicebatur, quod in siticulosa
 regione ad vnum aliquem riuum plurimae ferarum species bibendi gratia
 conuenire cogantur; inibique varia mixtura violentae Veneris varias mon-
 950 strorum formas subindeque nouas nasci. [B] Porro Plinius sumpsit ab
 Aristotele, apud quem refertur libri De generatione animalium ii. capite v. [C]
 Anaxilas apud Athenaeum libro xiiii. festiuiter ad rem detorsit:

Ἡ μουσική δ' ὡσπερ Λιβύῃ πρὸς τῶν θεῶν
 Ἄεί τι καινὸν καθ' ἐνιαυτὸν τίχτει θηρίων, id est
 At musica itidem vt Afra terra per deos

955 *Semper quotannis bestiam aliquam aedit nouam.*

[G] Scio Graecum versum posteriorem non constare, sed ita habet acditio
 Aldina, nec satis diuino, quomodo restitui possit, nisi forte pro καθ' ἐνιαυτὸν
 legendum est ἐν αὐτῇ, tametsi ne sic quidem constat metrum; fortasse θηρίων
 omittendum et pro καθ' ἐνιαυτὸν reponendum καθ' ἔνιαυτὸν. [A] Quadrabit in
 960 homines lubrica fide semperque nouandarum rerum auidos.

[A] AFRA AVIS 2611

Λιβυκὸν ὄρνεον, id est *Libyca avis*. Refertur a Suida de praegrandibus, quod ex
 ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de praelauta
 vsurpauit:

965 *Non Afra avis descendat in ventrem meum*
Iucundior quam lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

[B] Nam gallinas praegrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas
 aues appellant. Acron videtur de struthione sentire, quae et ipsa avis mira mole
 970 corporis esse fertur. Mea quidem sententia non inepte iacietur et in hominem
 peregrino cultu notabilem. Et Plautus alicubi Poenum *auem* vocat, ob manicas
 alarum instar vtrinque pensiles. [F] Prouerbiū extat in Auibus Aristophanis.
 Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim homines
 praegrandes fere timidiore. Terentius: *Hic nebulo magnus est.*

975 [A] BONI PASTORIS EST TONDERE PECVS, NON DEGLVBERE 2612

Hodieque vulgo celebratum durat, vbi quis est exactor durior atque instantior:
 'Quid? Num et pellem vis?' Quasi conueniat lana contentum esse. Id adagii
 Tiberius Caesar autore Suetonio aut reperit aut certe vsurpauit. Nam is
 admonitus ab amicis, vt prouincialibus augeter vectigalia, rescripsit *Boni*

980 *pastoris esse tondere pecus, non deglubere.* Est autem deglubere detrahere pellem. Tractum a rusticis, qui deglubere vocant siliquam aut folliculum excutere et granum sua nudare tunica; vnde et Catullus in obscenum sensum detorsit, vt dicat virum a muliere deglubi. Et Apuleiana Fotis ait se viuos homines solere deglubere. Tondent igitur, qui ita spoliant, vt sortem relinquunt, vnde res
985 possit crescere. Deglubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa

953 θηρίων G-I: om. C-F.

954 At ... terra F-I: Musica vero velut Africa C-E.

955 quotannis ... nouam G-I: aliquid noui quotannis parit C-E, quotannis aliquid

2610 *Collect.* 46. Otto 35.

945 Plin. *Nat.* VIII, 42 (semper aliquid noui Africam adferre).

Historia mundi Ebenso Ep. 1016, l. 28 (aus dem Jahr 1519). Diese Bezeichnung der *Naturalis historia* entnahm Er. vermutlich aus Hermolaus Barbarus, *Castigationes Plinianae et in Pomponium Melam*, Rom, 1493, der zum Schluss der Praefatio des Plinius bemerkt (in der kritischen Neuausgabe der *Castigationes* von Giovanni Pozzi, Padua, 1973, vol. I, p. 23): „In omnibus vetustis exemplaribus continuo post praefationem verba haec leguntur ab impressoribus omis- sa: C. Plini Secundi Historiarum mundi elenchos librorum omnium triginta septem liber vnus qui primus.“ Als Buchtitel gedruckt erscheint *Historia mundi* zuerst 1525 in der von Er. betreuten Ausgabe bei Froben und wird in den folgenden, von Gelenius besorgten Basler Ausgaben beibehalten (1530-1555) und auch von andern Druckern bis ins 17. Jh. hinein übernommen.

946-949 *Quod quidem ... nasci* Nach Plin. loc. cit. Cf. *Adag.* 2608, ll. 934-936.

950 Aristot. *Gen. an.* II, 746 b 8 cf; *Hist. an.* VIII, 606 b 20 (an beiden Stellen wird auf das Sprichwort 'Αεὶ λιβύη φέρει τι καινόν hingewiesen; cf. Zenob. 2, 51, wo aber καινόν im Text der *Paraem. Gr.* aus Aristot. ergänzt ist). Merkwürdigerweise hat Er. die griechische Form des Sprichworts nicht angeführt.

951 Anaxilas fr. 27 Kock bei Athen. XIV, 623 f (κατ' ἐνιαυτὸν: καθ' ἐνιαυτὸν Ald. 1514).

956-959 *Scio ... καθ' ἡνιαυτὸν* Auch der zweite Vorschlag führt nicht zum Ziel. Die Lösung ist von Morellus (1604) gefunden worden: 'Αεὶ τι καινόν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίων,

adducit noui F.

958 ἀντὶ ἧ H I: ἀντὶ ἧ G.

968 Africa C-I: Aphrica B.

983 Apuleiana F-I: Apuleana A-E.

mit τίκτει beginnt ein neuer Vers (cf. Kock ad loc. und Meineke, III, p. 352).

2611

961 Titel nach dem unten zitierten Vers Hor. *Epod.* 2, 53.

962 Suid. Λιβυκὸν ἔρπενον 495.

962-963 *quod ... deportentur* Missverständnis von Suid. loc. cit. ὡς ἐν Λιβύῃ πολλῶν καὶ ἐκτραπέλων (portentosis) ὄντων.

963 Hor. *Epod.* 2, 53 sqq.

968-969 *Numidicas aues* Colum. VIII, 2, 2; cf. Plin. *Nat.* X, 132.

969 *Acron* Schol. Pseudacron. zu Hor. loc. cit.

971 Plaut. *Poen.* 975.

972 Aristoph. *Av.* 65 mit Schol.

973 *Interpres* Schol. Aristoph. loc. cit.

974 Ter. *Eun.* 785; *magnus* bezieht sich dort jedoch nicht auf die Körpergröße, sondern steigert *nebulo*. Er. folgt offenbar Donat, der den unbegründeten Schrecken vor Thraso mit dessen Körpergröße erklärt.

2612 Otto 1334.

975 Titel nach Suet. *Tib.* 32, 2, infra l. 979 sq.

976-977 *Hodieque ... vis?* Suringar 29, p. 46 aus Sartorius (1561): „Hy wil tvel mede hebben.“

978 Suet. loc. cit.

980-982 *Est autem ... tunica* Cf. Fest., p. 98 M. s.v. gluma: „Hordei tunica, dictum, quod glubatur id granum. Vnde et pecus glubi dicitur, cuius pellis detrahitur.“ Varro *Rust.* I, 48, 2: „Gluma videtur etymum habere a glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum.“

982 Catull. 58, 5: „Lesbia ... glubit magnanimi Remi nepotes.“

983 *Apuleiana Fotis* Kein wörtliches Zitat. Er. hat wohl Stellen wie Apul. *Met.* II, 7 und 17 im Auge.

renascitur, cute detracta nihil est, quod deinde possis auferre. Alexander Macedonum rex cognomento Magnus sententiam eandem diuersa extulit metaphora. Cum enim quidam admoneret longe plus vectigalium a ciuitatibus auferri posse, respondit ad hunc modum: Καὶ κηπωρὸν μισῶ τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα, id est *Et olitorem odi, qui radicitus herbas excidat*. Denique hoc ipsum ἀπὸ ῥιζῶν καὶ ἀπορρίζειν et item apud Latinos *radicitus, stirpium tenuis, a stirpe, ab ima stirpe* atque id genus aliae metaphorae prouerbii naturam resipiunt.

[A] LVCRI BONVS EST ODOR EX RE QVALIBET 2613

995 Faceta quidem, sed tamen pestilens illa vox Vespasiani, qui cum ex lotio vectigal faceret, homo turpiter audius, superque eo facto a filio admoneretur, quod e re tam putida lucrum faceret, paulo post collectam pecuniam filii
1.B 887 naribus admouit rogauitque, ecquid illa puteret. Vnde Iuuenalis: *Lucri bonus est odor ex re | Qualibet*. [G] Ad quod alludens Ammianus libro xxii. dixit: *Et lucrum ex omni odorantes occasione*. [A] Iam et Ennianus ille versiculus non in
1000 sermonem modo, verum etiam in animos et vitam hominum penitus abiit:

Vnde habeas curat nemo, sed oportet habere.

[G] Quin illud ab Horatio dictum εἰρωνικῶς serio sequimur:

5 *O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum,
Virtus post nummos.*

Cephisodorus apud Athenaeum libro iii. docet apud poetas celebres ac sapientes viros inueniri sententias quasdam improbatas, velut illud apud Archilochum Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν, id est *Quemuis hominem excoriare* siue *spoliare*. Apud Theodorum illud Κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον, id est *Quod iubet plus aequo habere, laudare tamen quod aequum est*. Apud Euripidem
10 Τὴν γλῶτταν ἠμωμοκέναι φάναι, id est *Quod dixerit linguam iurasse*, quo de nobis alias dictum est. Apud Sophoclem:

15 *Τοιαῦτα τοί σοι πρὸς χάριν τε καὶ βία
Λέγω, σὺ δ' αὐτὸς ὥσπερ οἱ σοφοὶ τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου, id est
Ad gratiam tibi ista dico, haud impero,
At ipse, vti solent facere prudentes viri,
Laudato iusta, caeterum lucro haereas.*

20 Idem alibi dixit Μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν, id est *Nullum esse malum, quod cum lucro coniunctum sit*. Apud Homerum, quod facit Iunonem insidiantem Ioui, quod Martem fingit adulterum. Haec Athenaeus. Mirum autem populum indignari poetis aut histrionibus, si quando talia recitant in theatris, cum magis debuerit indignari quisque sibi, quod ea sequeretur in vita, quorum commemorationem in theatro ferre non poterat.

25 [A]

LVCRVM PVDORI PRAESTAT

2614

Κέρδος αἰσχρόνῃς ἄμεινον, id est *Lucrum pudori praestat*. Plautus in Pseudolo:

Nimio illud quod pudet facilius fertur quam illud quod piget.

Eundem sensum aliter extulit in Trinummo:

Pol pudere quam pigere praestat totidem literis.

30 Sententia bono viro indigna, eoque illic a lenone dicitur, hic a sene. Sed commode ad persuadendum sententiam etiam parum probam arripuit. Alioqui longe satius rei iacturam quam famae dispendium accipere. Huc allusit Terentius in Phormione:

Non te pudet vanitatis? - Non, dum ob rem.

35 Quin et hodie vulgato prouerbio iubent valere pudorem, vbi de pecuniaria re agitur. [B] Plutarchus in commentario De audiendis poctis refert e poeta nescio quo senarios hos:

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκῃσιν ἄρτυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρώντος, ἔνθα κερδανεῖς, id est

988 admoneret I: admonerent A-H.

996 eo facto C-I: ea re A B.

13 τοῖσσι *correximus*: τοῖσι G-I.

26 Pseudolo B-I: Pseudulo A.

37 senarios B-H: senarius I.

986-990 *Alexander ... excidat* Apost. 9, 24 d aus Maximus Confessor, *Loci communes* 13, Migne PG 91, 805.

991 ἀπὸ ῥιζῶν Gebräuchlich ist ἐκ ῥιζῶν, z.B. Plut. *Pomp.* 21, 3; Athen. XII, 523 f. ἀπορρίζων Cf. ἀπερρίζωσα Alciph. III, 30, 5 Benner-Fobes.

radicitus etc. Cf. *Adag.* 1386, LB II, 548 E.

2613 Otto 974 n.

994 Titel nach Iuv. 14, 204 sq., infra l. 998 sq.

995 *illa vox Vespasiani* Suet. *Vesp.* 23, 3.

998 Iuv. loc. cit.

999 Amm. Marc. XXII, 4.

1000 *Ennianus ille versiculus* Iuv. 14, 207: „Vnde habes quaerit nemo“ (so *Adag.* 2252, l. 182 zitiert). Der Vers galt früher als Enniuszitat, so z.B. in der Ausgabe *Iuuenalis cum tribus commentis*, Turin und Venedig, 1494 (cf. *Adag.* 2252, n.l. 181).

3 Hor. Epist. I, 1, 53. Der Satz ist behandelt in *Adag.* 1883 (Quaerendae facultates, deinde virtus).

6 Cephisodoros, Schüler des Isokrates, fr. 5 Radermacher (*Artium scriptores*, Wien, 1951) bei Athen. III, 122 b (daraus die folgenden Zitate bis l. 21 *Haec Athenaeus*).

8 Archil. fr. 124 Bergk = fr. 39 West.

9 *Apud Theodorum* Cf. Bergk, II, p. 375 sq.

10 Eur. *Hipp.* 612.

12 *alias Adag.* 1441 (Lingua iuravit).

Soph. fr. 25 N. = fr. 28 Pearson.

19 *alibi* Soph. *El.* 61 (οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν; Er. zitiert nach Athen. loc. cit., wo ῥῆμα in der Aldina von 1514 fehlt).

20 Hom. *Il.* XIV, 153 sqq.; *Od.* VIII, 266 sqq.

21 Athen. loc. cit.

2614 *Collect.* 522.

26 Diogen. 5, 42; cf. Zenob. 4, 67.

Plaut. *Pseud.* 281 (nimio id).

28 Plaut. *Trin.* 345.

33 Ter. *Phorm.* 526 (Non pudet vanitatis? - Minime, dum ob rem; Er. zitiert aus dem Gedächtnis).

35-36 *et hodie ... agitur* Suringar 109, p. 197 aus Sartorius (1561): „Schijs conscientij, alst gelt cost“. Cf. Wander s.v. Geld 562: „Geld ist die erst sach, darnach ob (wie) fromm“ (nach Franck 1541).

36 Plut. *Mor.* 18 d: Trag. fr. ad. 4 N. = Eur. *Ixion* fr. 426 a Sn.

- 40 *Opinionem spernito iusti ac virum*
Quiduis agentem sequere, cum spes est lucri.

Refert et hunc ex Sophocle:

Τὸ κέρδος ἡδύ. καὶ ἀπὸ ψευδῶν ἔη, id est
Dulce est lucrum profectum et a mendaciis.

- 45 [A] BAETA TVM HYEME TVM AESTATE BONA 2615

Βαίτη καὶν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν, id est *Baeta tum in aestate tum hyeme bona*. Suidas, qui huius adagii meminit, adscribit baetam vestis pelliceae genus, quod in vtrunque tempus videatur appositum. Nam hyeme depellit ventos, aestate solem. [B] Iulius Pollux libro De rerum vocabulis septimo inter vestes coriaceas meminit et bactae; quam ait tunicam fuisse praelongam, quae totum
 50 contegeret corpus. [A] Conuenit igitur de re ad multa vsui futura [B] veluti de literis, quae iuuenes iuxta ac senes ornant, aut philosophia, quae in rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis praestat, ne frangamur animo.

- [A] ANICVLARUM DELIRAMENTA 2616

55 Γραῶν ὕθλος, id est *Anicularum deliramenta*. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulae, cum iam sexus vitio vitium aetatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. [D] Extat prouerbium apud Platonem in Theaeteto: Ταῦτα μὲν γὰρ ἔστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, id est *Nam haec quidem sunt, quod*
 LB 888 *dici solet, anicularum nugae*. [H] Itidem Cicero in oratione pro domo sua dixit
 60 *anilem superstitionem*.

- [A] ANTE PEDES 2617

Ante pedes esse dicitur, quod obuium quodque vel praesens adest vel imminet. Terentius:

65 *Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est*
Videre, sed etiam illa quae futura sunt
Prospicere.

[F] Sic Pindarus in hymno vltimo: Τὸ δὲ πρὸ ποδός ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν, id est *Quicquid ante pedes est semper melius*. [A] Lucianus in Pseudologista: Καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, id est *Et quod haec communia quodque haec passim*
 70 *obuia ignores*. Philostratus in Phoenice: Βαδίζεις δὲ ποῖ; μετέωρός τε καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν ποσὶ, id est *Quo vadis autem? Sublimi vultu cunctaque despiciens, quae sunt ad pedes*. Et παρὰ ποδὶ dicitur, quod iam instat imminetque; ἐμποδῶν esse dicitur, quod obstat, ἐκποδῶν contra. Προκυλίνδεσθαι τῶν ποδῶν est aliquoties apud Platonem, id est *Ante pedes prouolui*, quod veluti expositum est. [G] Veluti

75 De republica iiiii.: Πάλαι, ὦ μακάριε, φαίνεται πρὸ ποδῶν ἐξ ἀρχῆς κυλινδεῖσθαι,
καὶ οὐχ ἑωρῶμεν ἄρ' αὐτό, ἀλλ' ἡμεν καταγελαστότατοι, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν
ἔχοντες ζητοῦσιν ἐνίοτε ὁ ἔχουσι, id est *Iamdudum, o beate, videtur rursus ante pedes*
80 *volui, nec videmus illud, sed fuimus ridiculi, quemadmodum solent qui, quum manibus*
teneant aliquid, tamen quaerunt quod habent. Non dissimili figura Maro dixit in
manibus:

*In manibus terrae, non hic te carmine longo
Atque per ambages et longa exorsa tenebo.*

[A]

ALBO RETE ALIENA CAPTANT BONA

2618

Prouerbii speciem habet, quod ait Plautus in Persa:

85 *Ne isti faxim vsquam appareant,
Qui hic albo reti aliena oppugnant bona.*

41 est B-H: om. I.

43 ἐη C-I: εἴη B.

48 in G-I: ad A-F.

50 coriaceas E-I: coricaceas B-D.

53-54 *Inter Adagia 2615 et 2616 in A hoc est
Adagium, in posterioribus editionibus B-I omis-
sum:* Baynis chorus. Τοῦ Βάβυος χορός. Bay-
nis chorus. De coetu stupidorum atque
indoctorum. Refertur a Suida. Equidem

Βάβυος legendum arbitror, vt referatur ad
Babym Marsyae fratrem, cuius alibi memi-
nimus.

64 Istuc A-H: Istud I.

71 vultu B-I: vultum A, corr. s.

72 ἐμποδῶν B-I: ἐκποδῶν A, corr. s.

74 prius veluti I: velut A-H.

76 καταγελαστότατοι BAS: κατεγελαστότατοι
G-I.

40 *spernito* Unrichtig für ἀρνησο „suche zu
gewinnen“; wohl Verwechslung mit ἀρνεῖ-
σθαι.

42 Soph. fr. 749 N. = fr. 833 Pearson bei
Plut. *Mor.* 21 a (ἐη Brunck: εἴη Ald. 1509
nach codd. So zunächst auch Er., 1517
verbessert er in ἐη, cf. app. crit.).

2615

46 Suid. βαίτη 212.

49 Poll. VII, 70.

53 (app. crit.) Das 1515 als schwächere Du-
blette zu *Adag.* 1634 (Peius Babys tibia
canit) aufgebene *Adagium Baynis chorus*
beruht auf Suid. τοῦ Βάβυος χορός 811. Das
richtige Βάβυος samt der Verbindung mit
Marsyas, die auch bei Zenob. 4, 81 κέκιον
Βάβυος αὐλαῖ gegeben ist, kannte Er. aus
Zenob. Ald. col. 159 τὸν Βάβυος χορόν, das
er *Adag.* 1634 anführt. Die von Er. vor-
geschlagene Verbesserung Βάβυος anstatt
Βάβυος wurde seit 1543 (ed. Basil.) in den
Suidastext eingesetzt, von A. Adler jedoch
wieder aufgegeben, da die Lesart in den
Suidashandschriften nicht bezeugt ist.

2616 Otto 121.

55 Zenob. 3, 5 (fehlt in Zenob. Ald., stammt
also aus der Junta); cf. Diogen. 3, 79.
Apost. 5, 63 (ὄθλοι).

57 Plat. *Thi.* 176 b.59 Cic. *Dom.* 105.

2617 *Collect.* 800 (Ante pedes. Ad pedes
reuolui) mit allgemeinem Hinweis auf Pla-
to. Otto 1389.

63 Ter. *Ad.* 386 sqq.67 Pind. *Isthm.* 8, 14.68 Lucian. *Pseudol.* 2.70 Philostr. *Heroicus*, p. 283, 7 K.².

74 Plat. *Rep.* IV, 432 d. Als weitere Stelle
wird *Thi.* 174 a vorschweben: τὰ ἐμπροσθεν
αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας. Die Verbindung von
προκυλινδεῖσθαι mit Genetiv verwendet Pla-
ton nicht. Zur Konstruktion cf. *Adag.* 2421,
l. 448 (Aristot. *Hist. an.* IX, 613 b 18) und
Adag. 2508, l. 63 Προκυλινδεῖται ἰχθύος.

79 Verg. *Georg.* II, 45 sq.2618 *Collect.* 219.

84 Plaut. *Persa* 73 (85 nusquam: vsquam
codd.; 86 rete).

Rete vocat calumnias quadruplatorum et parasitorum. *Album* dixit alludens ad codicillos et dicas syngraphasque, quibus lis intenditur peragiturque. Nec omnino displicet, vt ad album praetoris, quo leges et litium formulae
90 proponebantur, respexerit. Nam leges etiam Solon aranearum textis similes esse dixit.

[A] AD SVVM QVEMQVE QVAESTVM AEQVVM EST ESSE CALLIDVM 2619

Apud Plautum est prouerbialis sententia [F] in Truculento, tum in Asinaria:

[A] *Ad suum quemque quaestum aequum est esse callidum.*

95 Quae si transferatur paulo longius, plusculum habuerit gratiae. [C] Velut alius est pecuniae appetens, alius famae studiosus, alius voluptatum avidus, alius literarum sitiens, alius pietatem sectatur. Quisque aduigilat ad id, quod expetit.

[A] VEL ACVM INVENISSES 2620

100 Apud eundem [F] in Menaechmis [A] prouerbialis hyperbole de re diligenter vestigata:

Acum credo inuenisses, si acum quaereres.

Nam acus inuentu difficillima, quod ob exiguitatem facile fallat oculos quaerentis.

[A] SVBVENTANEA PARIT 2621

105 Ὑπηνέμια τίχτει, id est *Subuentanea parit*. De vanis ac friuolis inuentis. Translatum ab auibus, quae Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, vnde non gignatur foetus. Aristophanes in Auibus:

Τίχτει πρότιστον ὑπηνέμιον νύξ ἢ μελανόπτερος ὄον, id est
Parit primum subuentaneum nox nigripennis ouum.

110 [B] Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, quae sint neque volaces neque aduncis vnguibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, demonstrat Aristoteles libro De generatione animalium tertio; causam esse, quod excremento magis abundant. Volaces et aduncas nec salaces esse nec foecundas, quod in his excrementi seminalis pars in pennas et in vngues abeat. Concipiuntur
115 huiusmodi foetus aliquoties audita maris voce, sicuti fit in perdicibus, aliquoties ex affricu pulueris, aliquoties foeminis ob inopiam maris inter se salientibus. Autor et Plinius. Eaque oua Graeci ὑπηνέμια, id est *subuentanea*, siue ζεφύρια vocant a vento fauonio. [A] Vnde quae vana sunt, ἀνεμίδια dicuntur. Plato in Theaeteto: [F] Ἄλλὰ φέρε δὴ αὐτὸ κοινῇ σκεψώμεθα, [A] γόνιμον ἢ
LB 889 ἀνεμίδιον τυγχάνει, [F] id est *Sed age iam illud communiter dispiciamus, solidusne*

- 121 *partus sit an subuentaneus*. [A] Et Homerus: Κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν, [C] dicta inania et ventis similia significans. [E] M. Tullius in Epistolis ad Atticum ἀνεμοφόρητα vocat inania, quae ventis ferantur: *De gladiatoribus, de caeteris, quae scribis ἀνεμοφόρητα, facias me quotidie certiores*.

- 125 [A] PHRYNONDAS ALTER 2622

Φρυώνδας ἄλλος, id est *Phrynondas alter*. De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante [B] inter nobiles facinorosos. Phrynondas, cum esset hospes Athenis, in negociis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex, vt hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum et sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Sic Aristophanes in *Amphiareo*, citante Suida:

110 volaces B-F: veloces G-I.

119 ἤ F-I: om. A-E.

120 τυγχάνει A B F-I: τυγχάνει, foetum

indicans haud vitalem C-E.

121 ἀνεμώλια B-I: ἀνεμώλια A.

87 *quadruplicatorum* Cf. Er. *Paraphr. in Eleg. Laur. Vallae, ASD I, 4, p. 308, l. 798 sq.*: „Quadruplicator est, qui ex delatione quartam partem bonorum damnati expectat.“

90 *Solon* Cf. *Adag.* 2473, n.l. 123. Er. *Apopht.* VII, *Solon* 5, LB IV, 324 A.

2619 *Collect.* 60. Otto 1500.

93 *Plaut. Truc.* 416 (iambisch: „Ad suum quemque aequumst quaestum esse callidum“); *Asin.* 186 (trochäisch: „Vera dico: ad suum quemque hominem quaestum esse aequumst callidum“). Der von Er. gegebene Text beruht auf *Truc.* 416. Die Umstellung *quaestum aequumst* verdeutlicht zwar den Sinn, zerstört aber den Rhythmus des iambischen Senars.

2620 *Collect.* 204. Otto 13.

99 *Plaut. Men.* 238 (si acum credo quaereres, acum inuenisses).

2621

105 *Apost.* 17, 67 (cf. *Suid.* ὑπηνέμια 423) ohne Hinweis auf Aristophanes.

Subuentanea Das Wort ist antik nicht bezeugt. Er. übernahm es von Theod. Gaza, cf. infra n.l. 117-118.

De vanis ... inuentis Τὰ ψευδῆ καὶ ἀβέβαια *Apost.* (*Suid.*).

107 *Aristoph. Av.* 695. In der Übersetzung ist der anapästische Rhythmus des griechischen Verses nicht beibehalten.

111-112 *Aristot. Gen. an.* III, 749 b 1 sqq. Die Termini „conceptus“ l. 110 (κνήματα), „volax“ ll. 110; 113 (πτητικός), „excremen-

tum“ l. 112 (περίττωμα), „salax“ l. 113 (ὄχευτικός) übernimmt Er. aus der Übersetzung des Theod. Gaza; „vncus“ (γαμψῶνυξ) ändert Er. in *aduncus* (ll. 111; 113).

114-117 *Concipiuntur ... Plinius* *Plin. Nat.* X, 102; 160; 166.

117-118 *Eaque oma ... fauonio* Nach *Aristot.* loc. cit.: (αὐτόματα κνήματα) ἃ καλοῦσιν ὑπηνέμια καὶ ζεφύριά τινες und *Theod. Gaza*: „(sponte conceptus) quos subuentaneos et zephyrios a fauonio quidam appellant.“

119 *Plat. Thet.* 151 e (ἤ ἀνεμῶιον τυγχάνει ὄν). Er. zitiert zunächst nach *Schol. Aristoph.* loc. cit. resp. *Suid.* ὑπηνέμια 424: Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ γόνιμον ἀνεμίδιον [zu dieser Lesart cf. *Dübner, Adnotatio in Schol. Aristoph.*, p. 486] τυγχάνει. Erst 1526 (F) erfolgt die Ergänzung nach dem Platotext.

121 *Hom. Od.* XI, 464.

122 *Cic. Att.* XIII, 37, 4 (facies: *facias* ed. Ascensiana, Paris, 1511).

2622

126 *Apost.* 18, 2 (cf. *Suid.* Φρυώνδας 770). Der Zusatz ἄλλος, der bei Suidas fehlt, zeigt, dass auch dieses Adagium, wie das vorausgehende und das folgende, aus *Apostolius* übernommen und Suidas erst in zweiter Linie verwendet ist.

De improbo Nach *Apost.* loc. cit.

Lucian. Alex. 4.

127-133 *Phrynondas ... πονηρὲ σὺ* Nach *Suid.* loc. cit.

131 *Aristoph. fr.* 26 *Kock*.

ᾠ μιαρὲ καὶ Φρυνώνδα καὶ πονηρὲ σύ, id est
Scelerate tu ac Phrynonda et impurissime.

- 135 [D] Vsus est et Plato in Protagora. [F] Meminit horum et Aeschines aduersus Ctesiphontem: Οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτε ἄλλος οὐδείς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόγης ἐγένετο, id est *Nec Phrynondas nec Eurybatus nec alius quisquam veterum improborum vnquam talis magus et impostor fuit.*

[A]

SVS PER ROSAS

2623

- 140 ᾠς διὰ ῥόδων, id est *Sus per rosas*. Quanquam in aliis exemplaribus scriptum inuenio ᾠς διὰ ῥοίδων. Mihi neutra scriptura satis probatur, sed legendum arbitror διὰ ῥοῦδων, ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς, vt sit nomen diminutium. Rhoeae vero Graecis dicuntur mala Punica. Eudemus prouerbium citat ex Cratetis fabula, cui titulus Γείτονες, indicans dici solere de agrestibus et intractabilibus.
- 145 Quemadmodum sus per mala commode duci non potest.

[A]

ASINVS AVIS

2624

- ᾠνος ὄρνις, id est *Asinus auis*. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. Quidam enim consultus de eo, qui aduersa laborabat valetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem a lapsu simulque alium
- 150 quendam audiuit dicentem: Βλέπε, πῶς ὄνος ὦν ἀνέστη, id est *Vide, quo pacto, asinus cum sit, surrexit*. Id ominis arripiens ille protinus respondit fore vt valetudinarius ille reualesceret. Itaque iocatur Aristophanes, quasi et asinus auis esset et augurii nonnihil haberet. [H] Nec hoc prouerbium e comoedia natum est, sed a vulgo ad iocum detortum et a comico vsurpatum. [A] Dicitur
- 155 non intempestiue, cum ex indicio quopiam ridiculo quippiam colligimus.

[A]

SISYPHI ARTES

2625

Σισύφου μηχαναί, id est *Sisyphi artes*, dicebantur vafra versutaque consilia. Aristophanes ἐν Ἀχαρνέσιν:

- 160 Εἶτ' ἐξάνοιγε μηχανὰς τὰς Σισύφου, id est
Dein callidos deprome Sisyphi dolos.

Porro vt Sisyphus in astutiae prouerbium abiret, Homericus ille versus in causa fuit:

Σίσυφος, ὃς κέρδιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν, [B] id est
Sisyphus, in terris quo non astutior alter.

- 165 [F] Rursus Iliados ζ:

Ἐνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν.

[B] Ab hoc genus duxit Vlysses, quem Homerus vbique vafrum et callidum facit.

[A]

HOMO THALES

2626

- 170 ἼΑνθρωπος Θαλῆς, id est *Homo Thales*. Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiens haberi studeat. Aristophanes in *Auibus*: ἼΑνθρωπος Θαλῆς Μέτων, id est *Homo Thales Meton*. Idem in *Nebulis*:

Τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; id est
Qua gratia illum proinde suspicimus Thalem?

- 175 Fuit enim Thales vnus e septem Graeciae sapientibus. Est et apud Plautum *Salue, Thales*, [B] cum stultum significet.

[A]

SARDANAPALVS

2627

Σαρδανάπαλος, id est *Sardanapalus*. Huius cognomen ob insignem hominis molliciem abiit in prouerbium. Aristophanes in *Auibus*: Τίς ὁ Σαρδανάπαλος

150 βλέπε A-G; βλέπου H I.
160 Dein G-I; Deinde A-F.
172 Meton A-H; Meto I.

179 Σαρδανάπαλος B-I; Σαρδανάπολος A,
corr. s.

135 Plat. *Prot.* 327 d.
horum Der Plural, weil auch Lukian und Platon an den angeführten Stellen neben Phrynondas Eurybates erwähnen. Zu diesem cf. *Adag.* 186 (Eurybatizare).
Aeschin. 3, 137.

2623

140 Suid. ὕς διὰ ῥόδων 675.
in aliis exemplaribus Apost. 17, 71 (ὕς Διαροδίων).

141-142 *legendum ... diminutium* Die richtige Diminutivform zu ῥή ῥοδά (ῥή ῥόα) „Granatapfel“ wäre τὸ ῥοδίδιον.

143-144 *Eudemus ... intractabilibus* Dasselbe bei Suid. loc. cit. Über Eudemus cf. *Adag.* 2061, n.l. 323.
Crates fr. 4 Kock.

2624 Hier beginnt eine längere, nur wenig unterbrochene Reihe von Adagia aus Aristophanes (bis *Adag.* 2675), an die sich einige Beispiele aus Plautus anschliessen (*Adag.* 2677-2682). Den einzigen grösseren Unterbruch bilden *Adag.* 2649-2658. Das erste von diesen ist aus den sog. Plutarchparoemien des Codex Laurentianus 80, 13 entnommen. Es folgen drei aus Plautus, vier aus Stobaeus und noch einmal zwei aus Plautus. Den Abschluss der Centurie (*Adag.*

2683-2699, ausser *Adag.* 2687 und 2695) bilden Sprichwörter aus den Sammlungen des Codex Laurentianus 80, 13 (cf. zu *Adag.* 2683).

147 Aristoph. *Av.* 721; cf. Suid. ὄνον ὄρην 378.

148-152 *Quidam ... renalesceret* Nach Schol. Aristoph. loc. cit. (= Suid. loc. cit.).

2625

157 Aristoph. *Ach.* 391.

161-163 *Porro ... ἀνδρῶν* Nach Schol. zur Stelle; auch der Hexameter, der sich in dieser Form bei Homer nicht findet, steht so in den Scholien der Aldina des Aristophanes von 1498.

165 Hom. *Il.* VI, 153.

167 *Ab hoc ... Vlysses* Eur. *Cycl.* 104; *Iph. A.* 524 und oft. Cf. C. Robert, *Die griechische Heldensage*, I, Berlin, 1920, p. 177, n. 5.

2626

170 Aristoph. *Av.* 1009.

Ironia prouerbialis ἼΑν σαρκασμῶ φησιν Schol. zur Stelle.

172 Aristoph. *Nub.* 180.

175 *Fuit ... sapientibus* Schol. zur Stelle.
Plaut. *Rud.* 1003.

2627

179 Aristoph. *Av.* 1021.

- 180 οὔτοσί; id est *Quis hic Sardanapalus?* Fuit autem Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex Nini Persicae regionis, qui eodem die Tarsum pariter et Anchialem, duas Ciliciae ciuitates, obtinuit, caeterum delitiis vsque adeo effoeminatus, vt inter eunuchos et puellas ipse puellari cultu desiderere sit solitus. Apollodorus, vt citat Aristophanis interpres, tradit eius sepulchro epitaphium huiusmodi
 185 literis Assyriis insculptum fuisse: "Ἐσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τὰ ἄλλα οὐδενός ἐστιν ἄξια, [B] id est *Ede, bibe, vtere Venere, nam caetera sunt nihil.* [F] Suidas hac forma refert ex Callisthene: Σὺ δ', ὃ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τὰ γε ἄλλα ἀνθρώπεια οὐκ ὄντα τοῦτου ἄξια, id est *Tu vero, hospes, ede, bibe, lude, tanquam caeteras res humanas huius non faciens.*

190 [A] QUID TANDEM NON EFFICIENT MANVS? 2628

Aristophanes in Auibus:

Τί δῆτα πόδες ἂν οὐκ ἂν ἐργασαίαιτο; id est
Quid est, quod haud effecerint demum pedes?

Interpres ostendit allusum esse ad huiusmodi prouerbum:

195 Τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίαιτο; id est
Quid denique est, quod manibus effici haud queat?

Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria non efficiatur. [B] Caeterum quod scripsit Aristophanes, apte torseris in milites ignauos, quibus omne praesidium et spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

200 [A] TESTA COLLISA TESTAE 2629

Testa testae collidi dicitur, cum duo conflictantur vtriusque malo. Aristophanes in Pace:

Καὶ πίθος πληγείς ὑπ' ὀργῆς ἀντελάκτισεν πίθῳ, id est
Ac recalcitrans per iram testa testam vulnerat.

- 205 [B] Talis est fere conflictatio regum inter se belligerantium qualis ollae cum olla collisio. Nonnunquam perit vterque. Certe neuter absque grauissimis damnis discedit, nisi quod illud mihi videtur iniquissime comparatum fatis, quod, cum par sit incommoda belli in eorum recidere capita, qui belli sunt autores et quorum refert vicisse, maxima pars malorum in hos ingruat, quibus
 210 inuitis et abominantibus bellum suscipitur et ad quos, etiam si prosperrimo Marte pugnatum fuerit, nec teruncius quidem sit rediturus.

[A]

ANIMVS EST IN CORIIS

2630

Aristophanes ἐν Εἰρήνῃ:

‘Ἡμάρτομεν ταῦτ’, ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε·

215 ‘Ο νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν τότ’ ἐν τοῖς σκύτεσι, id est

*In his quidem sum lapsus, at veniam dabis;**Nam mens profecto nostra tum in coriis erat.*

[G] Quamquam alias huius prouerbii meminimus. [A] Simillimum est illi Terentiano *Animus est in patinis*. [D] Item illud, quod legimus apud Athenaeum libro Dipnosophistarum primo:

220

[G] Οὐδ’ ἂν λέγει τις, οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν·

[D] ‘Ο νοῦς γὰρ ἐστὶ τῆς τραπέζης πλησίον, [F] id est

[G] *Ne quis loquatur, capere nunquam quibimus,*[F] *Nam mens quidem ipsa mensae adhaeret proxima.*

180 Quis B-I: Quid A; Anacyndaraxis G-I:
Anacindaraxis A-F.

181 Anchialem G-I: Anchialam A-F.

182 Ciliciae G-I: Lyciae A-F.

180-186 *Fuit autem ...* ἄξια Schol. zur Stelle.

182 *Ciliciae* Der Scholientext, den Er. vor Augen hatte, bot ihm die falsche Lesart Λυκίας (so auch Er. 1508-1526 *Lyciae*, cf. app. crit.). Κιλικίας findet sich nach der Adnotatio Dübners p. 490 erst bei Gelenius (ed. Aristoph., Basel, 1547). Mit seiner 1528 auf Grund von *Act.* 21, 39 (‘Εγὼ ἄνθρωπος μὲν εἰμι Ἰουδαῖος Τραπεύς, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμευ πόλεως πολίτης, ebenso 22, 3 ἐν Τραπεῶ τῆς Κιλικίας) und Steph. Byz. Ἀγχιάλῃ und Τραπέδος vorgenommenen Korrektur nimmt Er. die Emendation des Gelenius vorweg.

obtinnit Das Wort gibt ἐκτεῖν („condidit“) resp. ἔδειμεν („aedificauit“) der Schol. unrichtig wieder.

183 Apollod. *FGrHist* 244 F 303.

187 Callisth. *FGrHist* 124 F 34 bei Suid. Σαρδαναπάλους 122 (ἔσθιε, πίνε, ὄχευε, ὡς τὰ γε ἄλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια: Er. folgt der ed. Mediol. 1499, lässt aber das dort zwischen ἄλλα und ἀνθρώπεια stehende τὰ weg).

2628

191 Aristoph. *Av.* 1147.

194 *Interpres* Schol. zur Stelle: Παρὰ τὴν παρομιάν. Es liegt jedoch kein Sprichwort vor; Aristophanes parodiert einen Tragödienvers (Trag. fr. adesp. 46 N.).

197 *Admonet Sc. prouerbium.*

2629

201 Aristoph. *Pax* 613.

205-211 *Talis est ... rediturnus* Die Kritik an den Fürsten und ihren Kriegen im Zusatz von 1515 findet sich ähnlich in der gleichzeitigen Ausgestaltung von *Adag.* 2601 (*Scarabeus aquilam quaerit*) und *Adag.* 3001 (*Dulce bellum inexpertis*); cf. S. Seidel Menchi, *Adagia* (cit. supra p. 395) und zu unserer Stelle *Inst. princ. christ.*, ASD IV, 1, p. 217: Im Krieg hat immer einer das Nachsehen. „Saepenumero flet et victor nimio emptam victoriam.“

211 *nec teruncius quidem* Cf. *Adag.* 709 (*Ne teruncium quidem insumpsit*).

2630

213 Aristoph. *Pax* 668 sq.

218 *alias Adag.* 1118 (*Mens est in tergorbis*).

219 Ter. *Eun.* 816 (ebenfalls in *Adag.* 1118 schon angeführt).

Athen. I, 23 d: Alexis fr. 277 Kock (οὐθ’ ἂν: οὐδ’ ἂν überliefert).

223 *Ne quis loquatur* Die falsche prohibitive Auffassung tadelt Stephanus LB II, 890 F, n. 3. Cf. *Adag.* 2785, l. 720, wo der Potentialis durch einen Wunsch ersetzt ist; ähnliche Unsicherheit gegenüber den griechischen Modi in *Adag.* 2149; 2165.

225 [A] Interpres admonet huius prouerbii: Ἐπὶ σκύτῃ βλέπει, de his, qui iam ad bellum spectant, quemadmodum alio demonstratum est loco. [B] Licebit vti, cum ob solitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in praesentia, parum attentus.

[A]

QVIBVS NEC ARA NEQVE FIDES

2631

230 Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσιν:

LB 891 Οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις οὔθ' ἕρκος μένει, id est
Quis nec ara nec fides nec vlla durant foedera.

De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides:

235 Σπάρτης ἐνοικοί, δόλια βουλευτήρια, id est
Spartae incolae, dolosa consultamina.

[B] Nunc in aulicos non omnino pessime quadrat.

[A]

ΑΓΟΥΣΙ ΚΑΙ ΦΕΡΟΥΣΙ

2632

240 Tritissima quidem, sed tamen prouerbialis apud Graecos autores figura est Ἄγουσι καὶ φέρουσι, pro eo, quod est: hostili more populantur [B] aut vexant. [A] Id si traducatur ad animum, non paulo fiet festiuus. Quemadmodum Aristophanes in Nebulis:

245 Ὑπὸ γὰρ τόκων χρηστῶν τε δυσκολωτάτων
 Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι, id est
*Diris ab usuris et usurariis
 Rapior miser ferorque difficillimis,
 Possessiones pignori opponens meas.*

[B] Lucianus dixit ἄγει καὶ φέρει pro eo, quod est: suo arbitrato quo vult trahit.

[H] Consimiliter vsus est Cornelius Tacitus de oratoribus: *Nunc principes in Caesaris amicitia agunt feruntque cuncta atque ab ipso principe cum quadam reuerentia diliguntur.* [F] Homerus Iliados ε:

[G] Ἄτὰρ οὔτι μοι ἐνθάδε τοῖον,
 [F] Οἷόν κ' ἤε φέροιεν Ἀχαιοὶ ἢ κεν ἄγοιεν, [G] id est
*Neque enim hic mihi quicquam
 Tale est, a Danais vt ferri possit agiue.*

Verba sunt Sarpedonis excitantis Hectorem ad bellum pro tuenda patria, quum ipse pugnaret nihil habens, quod Graeci possent auferre, nimirum Lycius patria. [F] Item Vergilius Aeneidos secundo: *Alii rapiunt incensa feruntque | Pergama,* [H] pro 'diripiunt ac populantur'. Consimilem ad modum

- 260 Liuius dixit libro de bello Macedonico octauo: *Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agique res suas viderunt.* Apud Herodotum ita Croesus loquitur Cyro victori: Οὐδὲν γὰρ ἔμοι ἔτι τούτων μετὰ, ἀλλὰ φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά, id est *Iam enim nihil istorum meum est, sed tua diripiunt.* [F] Translatum videtur a more militari, quod illic homines et iumenta aguntur, sarcinae feruntur. [G] Plato in
- 265 libris De legibus: Ἐὼν ἀλλοτριῶν μηδὲνα μηδὲν φέρειν μηδὲ ἄγειν, id est *Ne quis quicquam alienarum rerum ferat agatue.* Vnde color sermonis ex legum formulis ductus videtur. [H] Q. Curtius libro iiii. pro ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι dixit *volui agique: Eludant videlicet quibus forte ac temere humana negocia volui agique persuasum est.* In eodem libro dixit *ferri agique: Adbuc lymphatos ferri agique arma iacientes.*
- 270 His verbis inconditum tumultum militum declarauit.

[A]

SALEM LINGERE

2633

"Ἄλα λείχειν, id est *Salem lingere*, dicuntur qui perquam tenuiter victitant. Sic enim Persius:

Vare, regustatum digito terebrare salinum

275 *Contentus perages, si cum Ioue viuere pergis.*

Diogenes cum a Cratere praediuite quodam inuitaretur, vt ad se veniret vsurus hospitio suo suaque liberalitate, respondit se malle salem Athenis lingere quam apud illum opiparis mensis frui. [D] Itidem Plautus in Curculione: *Hodie apud me nunquam delingens salem.*

225 βλέπει D-I: βλέπει ἢ σκότῃ βλέπει A-C;
his E-I: is A, iis B-D.

230 ἐν D-I: om. A-C.

233 taxauit F-I: taxauit etiam A E.

238 φέρουσι E-I: φέρουσιν A-D.

240 ἄγουσι C-I: ἄγουσιν A B.

278 Curculione F-I: Gurgulione D E.

225 *Interpres* Schol. Aristoph. loc. cit., cf. Zenob. 6, 2 (σκότῃ βλέπει).

226 *alio ... loco* Adag. 1119 (Σκότῃ βλέπει, übersetzt mit „Tergora tuetur“).

2631

230 Aristoph. *Ach.* 308.

233-235 *Dictum ... βουλευτήρια* Nach Schol. zur Stelle.

234 Eur. *Andr.* 446.

236 *consultamina* Wohl Neubildung des Er.

237 Der Zusatz von 1515 gehört zur Kritik an Fürsten und Hofleben, die in den Erweiterungen von B vorherrscht.

2632

242 Aristoph. *Nub.* 240 sq. (die modernen Ausgaben akzentuieren χρήστων nach Herodian. I, p. 425, l. 14 Lentz).

248 Lucian. *Dial. deor.* 6, 3 al., cf. *Thes. Graec. ling.* I, 561 d.

249 Tac. *Dial. or.* 8.

251 Hom. *Il.* V, 483 sq.

258 Verg. *Aen.* II, 374.

260 Liv. XXXVIII, 15, 10.

261 Hdt. I, 88, 3.

264 Plat. *Leg.* X, 884 a.

267 *Q. Curtius libro iiii.* Vielmehr Curt. V, 11, 10. Zur Verwendung von Curtius in den Adagia cf. zu Adag. 2700 und Adag. 2262, n.l. 355.

269 *In eodem libro* Curt. IV, 13, 13.

2633

272 Diog. Laert. VI, 57.

273 Pers. V, 138 (Baro: *Vare* die älteren Ausgaben; si viuere cum Ioue tendis).

276 *Diogenes* Der Kyniker Diogenes bei Diog. Laert. loc. cit. Cf. Er. *Apophth.* III, Diogenes 144, LB IV, 185 D.

278 Plaut. *Curc.* 562.

280 [A]

PEDERE THVS

2634

Bδέειν λιβανωτόν, id est *Pedere thus*, prouerbii speciem habet. Accommodabitur in hos, quorum et vitia placent aut ipsis aut aliis impendio amantibus. Facit enim hoc φιλαυτία, vt vnicuique sua placeant arrideantque, etiam si sint putidissima. Facit item hoc amor immoderatus, vt *polyypus etiam Agnae delectet Balbinum*, veluti scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto: Οὐ λιβανωτόν γὰρ βδέω, [B] id est *Non soleo thura pedere*. [A] Quadrabit et in assentatores turpissima pro honestissimis laudantes.

[A]

PRO CAECO EXOCVLATVS EST

2635

Omnes huiusmodi facietiarum formulae pertinent ad adagiorum naturam, cum videmur corrigere, quod dictum est, sed altero verbo, quod vel idem polleat
 LB 892
 291
 295
 vel magis etiam laedat, veluti si quis dicat: Non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto: Μὴν οὐ κέκλοφας, ἀλλ' ἤρπακας; [B] id est *An non furatus es, sed rapuisti?* [A] Idem in eadem fabula: Ἄντι γὰρ τυφλοῦ ἐξωμμάτῳται. Ludit enim seruus ambigua voce ἐξωμμάτῳται, quae declarat et oculis donatum Plutum et exoculatum.

[A]

PRIVS LVPVS OVEM DVCAT VXOREM

2636

Aristophanes ἐν Εἰρήνῃ: Πρὶν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῦ, id est *Ante lupus sibi iunget ouem*. De his, inter quos insanabile dissidium. [F] Consimili figura dixit Horatius:

300

*Sed prius Apulis
 Iungentur capreae lupis.*

[H] Plautus in Pseudolo: *Vt mauelis lupos apud oues linquere quam hos domi custodes*. [A] Ad rem relatum erit lepidius: quod genus si dicas non cohaerere pecuniae studium cum studio literario adque eam sententiam accommodes prouerbium.

305

[A]

SPHONDYLA FVGIENS PESSIME PEDIT

2637

Idem in eodem ferme loco:

Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδέϊ, id est
Vt feles, quoties fugitat, male pedere sueta est.

In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiam. Sphondyla insecti genus, odoris teterrimi. [C] Plinius libro vigesimoseptimo, capite decimotertio, meminit sphondylae serpentis, quae radicibus arborum sit infestissima; caeterum genus quodnam sit, non explicat. Est autem serpentis huiusmodi species exiguo corpore et subnigro, quae emoriens grauissimum odorem emittit. [F]

Hesychius docet apud Atticos spondylen dici felem. Est apud Aristophanem

315 γαλῆς δριμύτερον, de acido ventris flatu.

[A] NVNQVAM EFFICIES, VT RECTE INGREDIANTVR CANCRI 2638

Aristophanes in Pace:

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν,
Οὐδ' ἐπὶ τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον οὐδέν, id est

320 *Ambulet vt cancer recta, haud effeceris vnquam,*
Nec quicquam efficies, vbi res erit ante peracta.

[B] Hoc velut oraculum poeta facetus pronunciat: [A] quod a natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum oblique ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium, quod superius dictum est: *Actum ne*

325 *agas.*

280 thus C-I: tus A B.

281 thus C-I: tus A B.

285 veluti E-I: velut A-D.

286 soleo ... pedere G-I: enim thus [tus B] pedo B-F.

293 in eadem E-I: eadem in A-D.

298 his E-I: iis A-D.

304 accommodes D-I: accomodet A-C.

306 in G-I: om. A-F.

308 feles ... sueta est F-I: sphondyla fugiens pessime pedit A-E.

315 δριμύτερον *correximus*: δριμύτερον F-I.

322 pronunciat D-I: pronunciauit B C.

2634

281 Nach Aristoph. *Plut.* 703.

281-284 *Accomodabitur ... putidissima* Die von Er. gegebene Deutung, zu der die nicht sprichwörtliche Wendung bei Aristoph. keinen Anlass gibt, ist wohl von *Adag.* 2302 (*Suus cuique crepitus bene olet*) angeregt.

282-285 *Facit ... Horatius* Cf. *Adag.* 115 (*Suum cuique pulchrum*), *LB* II, 75 DE.

285 Hor. *Serm.* I, 3, 40: „Vitia aut etiam ipsa haec / Delectant, veluti Balbinum polypus Hagnae“ (*Agnae* vulg.). Aristoph. loc. cit.

2635

288 Titel nach Aristoph. *Plut.* 635, infra l. 293 sq. (cf. Soph. fr. 644 N. = fr. 710 Pearson).

292 Aristoph. *Plut.* 372.

293 *Idem* Ibid. 635.

294-295 *Ludit ... exoculatum* Die Erklärung nach dem Schol. ad loc.

2636

297 Aristoph. *Pax* 1076. Πρίν ... ὑμεναιῶ ist bei Aristophanes Nebensatz: „Priusquam lupus sibi iungat ouem.“

299 Hor. *Carm.* I, 33, 7 sq.

302 Plaut. *Pseud.* 140. Cf. *Adag.* 310 (Quem lupo commisisti) und Otto 983.

2637

306 *Idem* Aristoph. *Pax* 1077 (ἕως Brunck: ὡς codd.).

308 *feles* So übersetzte Er. 1526 nach Hesych. σπονδύλη (vide infra l. 314), während er 1508 das ihm unbekanntes Tier als *sphondyla* bezeichnet hatte (cf. app. crit.). Durch die Änderung wird der folgende Abschnitt (ll. 309-313 *Sphondyla ... emittit*) unverständlich. Die Überarbeitung geschah hier so flüchtig, dass sie neue Kenntnisse anbrachte, ohne den bisherigen Text damit auszugleichen.

309-310 *Sphondyla ... teterrimi* Nach Schol. Aristoph. loc. cit.

310 Plin. *Nat.* XXVII, 143.

314 Hesych. loc. cit.

Aristoph. *Plut.* 693.

2638

317 Aristoph. *Pax* 1083; 1085. Cf. *Adag.* 2698 (*Cancrum ingredi doces*).

323-324 *In quorum altero carmine* D.h. im zweiten der angeführten Verse.

324 *superius* *Adag.* 370.

[A]

KORYBANTIAN

2639

Κορυβαντιᾶν pro insanire dixit Aristophanes in *Vespis*:

Ἄλλ' ἢ παραφρονεῖς ἕτερόν ἢ κορυβαντιᾶς, [B] id est
Aut vere insanis aut corybantiaris.

- 330 [F] Hanc vocem frequenter vsurpat Lucianus in *Timone*, *Epistolis saturnaliis*, *Lexiphane*, *Hermotimo*. [A] Sumptum est a Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore cymbala pulsant, [B] alios item in similem agentes rabiem. Quod idem alias vocat *κακοδαίμονᾶν*, quasi malo duci genio.

[A]

CALCVLO MORDERE

2640

- 335 Ψήφῳ δάκνειν, id est *Calculo mordere*, dicuntur qui suffragio laedunt aut vliscuntur hominem. Aristophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι:

Βλέπουσιν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν, id est
Spectant id vnum, vt mordeant suffragio.

- 340 [B] Siquidem hac via potissimum plebeii vindicabant, si quid essent offensi; refragabantur in concione, cum calculis ferrentur suffragia. Proinde mordebant non dente, quod tutum non erat, sed calculo.

[A]

CHARYBDIS. BARATHRVM

2641

- Hyperbolae prouerbiales sunt et hae, cum hominem maiorem in modum edacem, bibacem, rapacem, helluonem Charybdim aut barathrum vocamus.
 345 Aristophanes in *Equitibus*:

Καὶ τελώνῃν καὶ φάραγγα καὶ Χάρυβδιν ἀρπαγῆς, id est
Et telonen et barathron et rapinae gurgitem.

- 1.B 893 Huc adscribendum opinor, quod Diogenes autore Laertio ventrem τοῦ βίου Χάρυβδιν, id est *facultatum Charybdim*, vocauit. [F] Horatius de lurcone quodam:
 350

Ingluuias et tempestas barathrumque macelli.

[A]

LINGVA SEORSVM INCIDITVR

2642

- Aristophanes in *Pace*: Ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται, id est *Lingua ipsa seorsum inciditur*. Interpres admonet prouerbialiter dictum, sumptum autem ex Homero,
 355 [F] *Odysseae* γ: [A] Ἄλλ' ἄγε τέμνετε μὲν γλώττας, [B] id est *Eia age iam linguas incidite*, [A] eiusque sententiae Callistratum citat autorem. Rursum in *Pluto*:

Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται, id est
Praeconibus horum lingua praecidi solet.

Callistratus, vt citat interpres, tradit olim in sacrificiis linguam exectam
 360 praeconibus dari solitam. Nam alioqui sunt qui dicant ex victimis Mercurio
 deberi linguam. Est autem in Aristophanis verbis ἀμφιβολία non infaceta, quod
 lingua vtrolibet referri potest, vel ad boues vel praecones. Interpres admonet
 allusum esse ad prouerbiale dictum Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι, id est *Lingua praeconi*.
 Quo recte videbimur vsuri, cum praemii nonnihil deberi significabimus, qui in
 365 conficiendo negotio pro sua virili in partem adiumento fuit, aut εὐαγγέλιον
 dandum laeta nuncianti. Sic enim vocat Homerus mercedulam, quae dari
 consuevit laetum adferentibus nuncium. [F] Apud Plutarchum Antipater,
 quum incidisset mentio de Demade iam senio imbecilli fractoque, ‘Velut’,
 inquit, ‘ex immolata victima solus venter et lingua superest’. Apparet linguam
 370 ceu prophanum membrum sacris adhiberi non solere. Et Pittacus Amasidi regi
 mittit e victima linguam vt membrum pessimum et idem optimum. [H]
 Praecones autem habent linguam venalem, et in sacrificiis admonebant
 populum, vt linguis faueret. Plautus in prologo Poenuli:

Exerce vocem, quam per viuis et colis.

375 *Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.*

338 mordeant B–I: maneant A, corr. s.

347 barathron ... gurgitem F–I: barathrum
 et Charybdim rapacitatis A–E.

363 κήρυκι B–I: κύρηκι A.

364 videbimur B–I: videbuntur A, corr. s.

370 Amasidi H I: Amasi I', G in textu, corr. in
 Erratis.

2639

327 Aristoph. *Vesp.* 8 mit Schol.

330 Lucian. *Tim.* 26; *Epist. Sat.* 27; *Lex.* 16;
Herm. 63.

333 *idem* D.h. Aristophanes, nicht Lucian.
 Das Wort ist durch den Zusatz F missver-
 ständlich geworden. Gemeint ist Aristoph.
Plut. 372.

2640

336 Aristoph. *Ach.* 376 (ὀφθηδακείν: ψήφω
 δακείν Ald.).

335–336 *dicuntur* ... *hominem* Οἶον κατὰδικάζειν
 Schol. zur Stelle.

2641 Otto 382 und 400.

345 Aristoph. *Equ.* 248. Die Gleichsetzung
 von φάραγξ und βάραθρον nach dem Schol.
 zur Stelle. βάραθρον in der hier vorausge-
 setzten, übertragenen Bedeutung konnte
 Er. z.B. aus Lucian. *Pseudol.* 17 kennen.

348 Diogenes der Kyniker bei Diog. Laert.
 VI, 51. Cf. Er. *Apophth.* III, Diogenes 112,
LB IV, 182 F.

349 Hor. *Epist.* I, 15, 31 (perniciēs et tempe-
 stas, auch in den alten Ausgaben: Er. zitiert
 aus dem Gedächtnis und setzt *inglunies* aus
 Hor. *Serm.* I, 2, 8 ein).

2642

353 Aristoph. *Pax* 1060.

354–356 *Interpres* ... *autorem* Nach dem Schol.
 zur Stelle, ausser den Zusätzen B und F.

355 Hom. *Od.* III, 332.

356 *Callistratum* Alexandrinischer Grammati-
 ker, der u.a. Aristophanes kommentierte
 und dabei auf sprichwörtliche Wendungen
 achtete. Cf. Gudeman, *RE X*, 1738 sqq.,
 besonders 1744.
 Aristoph. *Plut.* 1110.

359–363 *Callistratus* ... κήρυκι Schol. zur Stel-
 le. Cf. *App. prov.* 3, 1 (ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι
 τέμνεται).

366 Hom. *Od.* XIV, 152.

367 Plut. *Mor.* 183 f. Cf. Er. *Apophth.* V,
 Antipater 9, *LB IV*, 240 C.

370–371 *Et Pittacus* ... *optimum* Plut. fr. 89
 Sandbach (Schol. Hes. *Erg.* 719–721); cf.
Mor. 506 c.

373 *linguis faueret* Cic. *Div.* I, 102; II, 83; cf.
 Hor. *Carm.* III, 1, 2.

Plaut. *Poen.* 13 (viuisque et: *viuis et ed.*
 princ. Ven. 1472; das überlieferte *statim*
 wird seit Turnebus und Scaliger in „taci-
 tum“ geändert).

[A] NON CAPIT SOMNVN, NISI HOC AVT ILLVD FECERIT 2643

Sunt duae figurae prouerbiales, quibus intemperantem atque impotentem rei cuiuspiam cupiditatem significamus. Altera est apud Aristophanem in Vespis, huiusmodi:

380 Ἦν μὴ πρῶτον καθίζηται ξύλου,
 ὕπνου δ' ὄρα τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην, id est
Ligno nisi fors primus ille assederit,
Somni videt nil nocte, non vel paspalam.

[G] Primum lignum dixit primum gradum. [B] Paspalam autem Graeci vocant minutissimum aliquem farinae puluisculum. [A] Ad eundem modum Iuuenalis: *Quibusdam | Somnum rixa facit.* Altera est apud Maronem in Bucolicis:

Quod si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

[G] Priorem reperire est apud Hebraeum παροιμιολόγος: *Non enim dormiunt, nisi quum male fecerint, nec capitur somnus ab eis, nisi supplantauerint.*

390 [A] VENTRE PLENO MELIOR CONSULTATIO 2644

Plutarchus Symposiacón libro septimo citat hoc carmen:

Γαστρός ἀπὸ πλείης βουλή καὶ μή τις ἀμείνων, id est
Consultatio tum melior, cum expleueris aluum.

395 Cum fames interpellat, non vacat deliberare, propterea quod consultatio moram desiderat et animi tranquillitatem, at fames bilem acuit. [C] Potest et huc torqueri, prius agendum quod instat et vrget, deinde de futuro deliberandum. [G] Congruet et in illos, qui bene poti consultant de rebus grauissimis, quem morem Herodotus libro primo tradit fuisse Persis. Item Persius:

400 *Ecce inter pocula quaerunt*
Romulidae saturi, quid dia poemata narrent.

[A] TENNIS SPES 2645

LB 894 Spem infirmam incertamque poetae tenuem vocant, eamque figuram ceu prouerbialem annotarunt interpretes, nominatim Suidas. Aristophanes in Equitibus:

405 Λεπτὴ τις ἐλπίς ἐστ', ἐφ' ἧς ὀχοῦμεθα, id est
Spes ista tenuis quaepiam est, qua nitimur.

Frigidam spem dixit Euripides in Iphigenia Aulidensi: Ψυχρὰ μὲν ἐλπίς, id est *Spes frigida quidem.* [F] M. Tullius pro Roscio comoedo: *Inani et tenui spe te consolaris.* [H] Aristophanes metaphoram duxit a nauigantibus, quum ait

- 410 ὀχοῦμεθα. Vnde M. Tullius dixit: *Sperat hinc afflare auram aliquam*, pro eo, quod erat ostendi spem. Vt in Verrem actione sexta: *Video, quid egerim, erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine*. Id translatum a nautis, qui, quum haerent mari nimium malacissante, e nubecula aut e mari procul crispante diuinant fore ventum. [F] Plato De legibus tertio simili figura dixit λεπτήν
 415 σωτηρίαν, id est *tenuem salutem*. [G] Apud Athenaeum libro xiii. citatur ex Callimacho: Ὡδε ἐμόγησαν αἱ ἐλπίδες, ὥστε ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι, id est *Adeo laborant spes, ut ab hostibus petantur suppetiae*.

[A]

ANNO SENIOR FIO

2646

- 420 Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgo dicimus. Aristophanes in Ranis:

Μὴ νῦν ποιήσης· ὡς ἐγὼ θεώμενος,
 Ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω,
 Πλεῖν ἢ ἵναυτῶ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι, id est
Faxis caueo; quippe quoties conspicio
 425 *Istiusmodi negociorum quippiam,*
Discedo, crede, senior anno protinus.

381 Ὑπνου G-I: Ὑπνον A-F.

421 ποιήσης A-F: ποιήση G-I.

423 Πλεῖν ἢ ἵναυτῶ [sic] A: Πλέον ἢ ἵναυτῶ B, Πλέον ἑναυτῶ C-I.

424 quippe quoties B-I: quando ego cum A.

426 crede ... protinus B-I: protinus anno ego scilicet A.

2643

378 Aristoph. *Vesp.* 90 sq.: καὶ στένει, / Ἦν μὴ ἴπι ... Er. missversteht den syntaktischen Zusammenhang: Der erste Vers hängt vom vorausgehenden Satz ab, nicht vom zweiten Vers.

384 *Primum ... gradum* Nach Schol. Aristoph. loc. cit.

384-385 *Paspalum ... puluisculum* Nach demselben Schol: τὸ τῆς κέγχρας ἄλευρον. Cf. *Adag.* 2675, l. 891 sqq.

385-386 *Iuv.* 3, 281 sq. Der Sinn ergibt sich aus den vorausgehenden Versen 278-281: Der Raufbold findet erst Schlaf, wenn er jemanden verprügelt hat.

386 Verg. *Ecl.* 3, 15 (et, si non ...).

388 *Prv.* 4, 16.

2644

391 Plut. *Mor.* 700 e (βουλήν καὶ μῆτιν ἀμείνω).

398 *Hdt.* 1, 133, 3.

Pers. 1, 30.

2645

403 Suid. λεπτή τις 295; cf. *Apost.* 10, 55.

Aristoph. *Equ.* 1244.

407 Eur. *Ipb.* A. 1014; in seiner Euripides-Übersetzung von 1506/07 gab Er. die Worte mit „Spes ista sane frigida ac leuis“ wieder (*ASD* I, 1, p. 327, l. 1404).

408 Cic. *Q. Rosc.* 43.

410 Cic. *Verr.* 2 I, 35 (sperat sibi auram posse aliquam afflari: *afflare* coni. Zumpt, Cobet).

413 *malacissante* Der intransitive Gebrauch des lateinischen Verbums (nach μαλακίαν, μαλακίζεσθαι) ist nicht belegt, ebensowenig die übertragene Verwendung für „Windstille auf dem Meer“. Er. scheint sie aus „malacia“, das Caes. *Gall.* III, 15, 3 in diesem Sinne braucht, entwickelt zu haben.

414 Plat. *Leg.* III, 699 b.

416 Callim. fr. 477 Pf. bei Athen. XIII, 571 a (οὐχ ὥδ' ἐμόγησαν / Ἐλπίδες ...).

2646

420 *vulgo* Suringar 13, p. 25 aus Sartorius (1561): „Ick crijch grau haer dat ick dat sie“ u.a.

Aristoph. *Ran.* 16 sqq.

Taedio vero molestiaque conciliari senium indicat etiam Homerus:

Αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι, [B] id est
Illico mortales inter mala multa senescunt.

430 [A]

TAVRICVM TVERI

2647

Βλέπειν ταυρηδόν, id est *Tueri taurine*, pro eo, quod est 'torue'. Aristophanes in Ranis:

Ἔβλεψεν οὖν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω, id est
Itaque ore prono contuetur tauricum.

435 Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri. [B] Et Vergilius bouem toruam vocat: *Optima toruae | Forma bouis.*

[A]

EXPEDIT HABERE PLVRA COGNOMINA

2648

Aristophanes in Pluto:

440 Ὡς ἀγαθὸν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν, id est
Vt expedit, si plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa simul profitentur, quo quaestum faciant vberiore, aut qui diuersarum sunt partium. [B] Quemadmodum vespertilio in apologis aliquando mus est, aliquando auis. [A] Dictum est autem in Mercurium, cuius varia feruntur cognomina. Vocatur enim στροφαῖος, vel quod bene vertat

445 negocia vel quod subdolos sit ac versipellis; ἐμπολαῖος, quod auctionibus ac mercimoniis praesit; ἡγεμόνιος, quod viae dux, vt apud Homerum Priamo; δόλιος, quod imposturae praestigiarumque repertor; κερδῶος, quod lucris augeat negociatores; ἐναγώνιος, quod in certaminibus praeconis vice fungatur; διάκονος, quod deorum minister. Feruntur item et Bacchi permulta cognomina.

450 Prouerbiū non inscite torquebitur et in istos, qui nusquam non habent titulos ac nominationes, vt vocant, et ceu laqueos instructos ad irretienda sacerdotia. [B] Aut qui plurimas artes profitentur, vt aliqua ratione sibi parent fortunam, velut ii faciunt, qui in principum aulis iidem et sacrificum agunt et ministrum et oeconomum et lenonem et γελωτοποιόν.

455 [A]

ΑΙΜΟΔΩΡΕΙΣ

2649

Λιμοδωρεῖς. In prouerbiorum collectaneis, quae Plutarchi nomine feruntur, huiusmodi reperio fabulam: Cum aliquando Peloponnesus annonae laboraret inopia, quidam vrgente fame collectis sarcinis inde demigrarunt; ii, cum

LB 895 incertis sedibus huc atque illuc vaga rentur, recepti sunt in ciuitatem a

460 Tripolitidis. Tripolis autem ea in Rhodo est. Nomen igitur inditum illis, vt

dicerentur Λιμοδωριεῖς. [F] Hesychius addit ex autoritate Didymi eos, qui iuxta Oetam accolebant, sic vocatos, quod ob terrae sterilitatem frequenter cum fame rem habebant. Δωριεῖς Graece dici videntur a dono et eundo. Itaque qui vagantes famem adferebant, Λιμοδωριεῖς dicti sunt. Alioqui Dores non sunt in Peloponneso, sed inter Locros et Aetolos; autor Strabo libro ix. [B] Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti aliquo demigrant, velut Italorum vulgus fere hospites omnes Λιμοδωριεῖς appellat, [C] ceu fame compulsos ad eam visendam regionem. [H] Festus Pompeius admonet homines exili re tenuique fortuna dictos olim *Canalicolas*, quod circa canales fori consisterent.

470 [A]

TRIBVS BOLIS

2650

Plautus in Curculione: *Si vis tribus bolis, velim chlamydem*. *Tribus bolis* dixit pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo, quod Graeci vocant βλωμόν. Quod autem continuo deuoratur, *tribus bolis* edi dicitur.

430 Tauricum D-I: Taurinum A-C.

454 oeconomum C-I: oeconimum B.

457 annonae laboraret F-I: in qua Dores annonae laborarent A, in qua Dores, anno-

nae laboraret s B-E.

463 Δωριεῖς G I: Dores F.

466 Italorum F-I: Anglorum B-E.

427 Hom. *Od.* XIX, 360.

2647

451 Aristoph. *Ran.* 804 (ἐβλεψε γοῦν edd. sec. Suid. τασυρηδόν 157: ἐβλεψεν οὔν Ald.).435 Plat. *Phaed.* 117 b.436 Verg. *Georg.* III, 51.

2648

438 Aristoph. *Plut.* 1164.442 in *apologis* Aesop. 182 Hausr.444-449 *Vocatur ... minister* Nach Aristoph. *Plut.* 1153 1161 mit Schol.452-454 *Aut qui ... γελωτοποιόν* Wie in *Adag.* 2631 steht der Zusatz von 1515 im Zusammenhang mit der Kritik am Hofleben. Cf. *Adag.* 2674, n.ll. 877-885.

2649

456 Plut. *Paroem.* 1, 34 (über die Quelle cf. zu *Adag.* 2683). Zur Erklärung des Sprichwortes cf. O. Crusius, *Suppl. Paroem.* V, p. 99.461 Hesych. Λιμοδωριεῖς 1041: *iuxta Oetam* nach Hesych. Ald. 1514 (περὶ τὴν Οἴτην für περὶ τὴν Κύτην des cod.).463 Δωριεῖς ... *eundo* Die phantastische Etymologie (von δῶρον und ἔναι) scheint Er. selbst erfunden zu haben.

465 Strab. IX, 4, 10, p. 427. Die peloponnesischen Dorier bei Strab. VIII, 1, 2, p. 333 übersah Er. und tilgte 1526 die in A aus Plut. loc. cit. übernommene Angabe (cf. app. crit. zu l. 457).

466-467 *velut Italorum vulgus ... appellat* Surin-gar 258, p. 478 denkt an italienische Wörter wie „limosina“, „limosinare“, „limosiniere“. Dies kann schon deshalb nicht stimmen, weil Er. ursprünglich in den Ausgaben von 1515-1523 eine englische Ausdrucksweise anvisiert (cf. app. crit.). Es wird also eine in beiden Sprachen denkbare despektierliche Bezeichnung wie „Hunger-leider“ für auf Gastfreundschaft angewiesene Fremde zu Grunde liegen.

468 Paul. Fest., p. 45 M.

2650 Cf. Otto 1869 (tribus verbis).

471 Plaut. *Curc.* 611 (vel in chlamydem: *velim chlamydem* v.l.; *velim* bei Er. beruht aber wohl eher auf „velin“: so, ohne Worttrennung, ed. Mediol. 1500 nach ed. princ. Ven. 1472).472 *tribus verbis* Cf. *Adag.* 3384. Ter. *Heaut.* 673.

- 475 [A] VELUT VMBRA SEQUI 2651
 "Ὡσπερ σκιά ἐπεσθαί, id est *Velut umbra sequi*, dicitur qui nunquam deest. Nam umbra corpus assectatur, velit nolit. Plautus in Casina:

Decretum est mihi

Quasi umbra, quoquo ibis tute, persequi.

- 480 [B] Vnde asseclas indiuiduos umbras vocamus [F] et vltro comitantes ad conuiuium, [B] vt indicatum est alibi, [G] in prouerbio *Vmbrae*. [F] M. Tullius libro Tusculanarum quaestionum primo: *Et si enim nihil in se habeat gloria, quur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur.*

[A] NE NUMMVS QVIDEM PLUMBEVS 2652

- 485 *Nummum plumbeum* hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniae ponunt. Plautus in Casina:

Cui homini bodie peculi nummus non est plumbeus.

[F] Idem in Trinummo:

Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.

- 490 [A] Confine illi, quod est apud eundem in Captiui duo: *Neque ridiculos iam terunci faciunt.* Quanquam hoc alio dictum est loco.

[A] SATIETAS FEROCIAM PARIT 2653

- Nicolaus Stobaeus in collectaneis suis hanc sententiam prouerbiij titulo citat: Τίχτει κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν, id est *Parit satietas*
 495 *ferociam, imperitia cum potestate coniuncta insaniam.* Tollit animos opulentia; quod si ad inscitiam accedat potestas, iam res ad insaniam vsque procedit. Concinit cum illo *Foenum habet in cornu.* [F] Pindarus in Olympiis inuertit sententiam, dicens Ὑβριν κόρου μητέρα, id est *Ferociam matrem satietatis.* Sed reprehenditur ab interprete, qui magis approbat Homeri versum

- 500 Τίχτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῶ ὄλβος ἔποιτο, id est
Fastum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.

Caeterum hunc versum non memini legere apud Homerum, nec videtur illi γνήσιος; certe, quod constat, extat in sententiis Theognidis.

[A] QVID CAECO CVM SPECVLO? 2654

- 505 Τί τυφλῶ καὶ κατόπτρῳ; id est *Quid caeco cum speculo?* Finitimum illi: *Nihil cum fidibus graculo.* Citatur a Stobaeo versiculus ex Epicharmo:

Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; id est
Luminibus orbo cum speculo quid est rei?

[B] Quorsum opus est libris illiterato? quo regnum iuueni stulto? quo diuitias
 510 ei, qui nesciat vti?

LB 896

[A]

MISERAM MESSEM METERE

2655

Malam metere messem est 'pro malefactis luere poenas'. Non admodum abhorret
 ab eo, quod alibi retulimus: *Vt sementem feceris, ita et metes*. Stobaeus hoc
 carmen citat ex Euripidis Ione:

515

Καὶ νῦν ἐφέλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί,
 Καὶ κτᾶσθε πλοῦτον πάντοθεν θηρώμενοι,
 Σύμμικτ' ἄ μὴ δίκαια καὶ δίκαι' ὁμοῦ,

476 nunquam *HI*: nusquam *A-G*.

477 Casina *F-I*: Cassina *A-E*.

485 hyperbola *B-I*: hyperbole *A*, hyperbo-
 lae s.

486 Casina *F-I*: Cassina *A-E*.

492 ferociam *F-I*: ferocitatem *A-E*.

495 ferociam *F-I*: ferocitatem *A-E*.

501 Fastum *G-I*: Factum *F*.

517 Σύμμικτ' *B-I*: Σύμμικθ' *A*.

2651 Otto 1818.

477 Plaut. *Cas.* 91 sq. (certum est mihi /
 Quasi ymbra, quoquo tu ibis, te semper
 sequi: Er. bietet den Text der Ed. princ.
 Ven. 1472, bzw. Ed. Mediol. 1500. Die
 griechische Fassung des Adagiums hat er
 wohl selbst gebildet.

481 *Adag.* 9, wo Er. die Verwendung von
ymbra in diesem Sinne bei Hor. *Epist.*
 I, 5, 28 und *Serm.* II, 8, 22 nachweist und
 mit Hilfe von Plut. *Mor.* 707 a erklärt.
 Cic. *Tusc.* I, 109.

2652 Cf. *Adag.* 4009. Otto 1440 n.

486 Plaut. *Cas.* 258.

488 Plaut. *Trin.* 962.

490 Plaut. *Capt.* 477.

491 *alio ... loco Adag.* 709 (Ne teruncium
 quidem insumpsit).

2653

493 Stob. III, 3, 25, p. 201 Hense (Aristot.
 fr. 57 Rose³). Stobaeus wird in den *Adagia*
 sonst immer ohne den Vornamen (Ioannes)
 genannt. Der hier und in den Prolegomena
 der *Adagia* (LB II, 4 A) irrtümlich
 verwendete Vorname *Nicolaus* erklärt sich
 vielleicht aus *Adag.* 301: „Citatur autem a
 Stobaeo [III, 14, 7, p. 470 Hense] ex Nico-
 lao quodam poeta comico [fr. 1, 26 Kock
 III, p. 384]“. Die Stobaeuszitate in *A* stam-

men aus einer Handschrift. Abgesehen von
 dem Gnomologium, das anonym in dem in
Adag. 2013, n.l. 659 erwähnten Froben-
 druck von 1532 erschien, wurde das *Florile-
 gium* des Stobaeus erst 1535/36 gedruckt
 (ed. Trincavelli, Venedig).

497 *illo Adag.* 81.

Pind. *Olymp.* 13, 10 (μπτέρα).

498-500 *Sed ... έποιτο* Schol. zur Stelle (έπη-
 ται: έποιτο cod. B).

502-503 *Caeterum ... γνήσιος* Der Hexameter
 ist tatsächlich nicht homerisch.

503 Thgn. 153 (cf. Sol. fr. 5, 9 D.).

2654

505 Nach Stob. IV, 30, 6 a, p. 730 Hense.

illi Adag. 337 (Nihil graculo cum fidibus).

506 Stob. loc. cit. Der Autorname 'Επιτάφ-
 μου der Hss. kann, wie Meineke erkannte,
 nicht zu diesem Vers gehören. Dieser sollte
 von Kock als Com. fr. adesp. angeführt
 sein; cf. Henses Apparat zu Stob. loc. cit.
 Der Vers auch *Mantis. prov.* 2, 100.

2655 Cf. Otto 1104.

512 Nach *Eur.* fr. 419 N. bei Stob. IV, 31, 56,
 p. 755 Hense (σύμμικτα: σύμμικτ' & cod. A).

513 *alibi Adag.* 778.

Stob. loc. cit.; das Euripidesfragment wird
 in den Stobaeus-Handschriften irrtümlich
 dem *Ion* anstatt der *Iono* zugeschrieben.

"Ἐπειτ' ἀμᾶσθε τῶνδε δύστηνον θέρος, id est
At nunc honores, o scelesti, accersitis
 520 *Et opes paratis aucupantes vndique*
Promiscue per fas nefasque, postea
Messem metitis ob ista tristem et asperam.

[F] Aeschylus in Persis:

"Υβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν
 525 "Ἄτης, ἕθεν πάγκλαυστον ἐξαμᾶ θέρος, id est
Florens enim spicam tulit ferocia
Noxae, vnde prorsum flebilem messem metit.

[H] Plato in Phaedro: Ποῖόν τινα οἶει μετὰ ταῦτα τὴν ῥητορικὴν καρπὸν, ὃν
 ἔσπειρε, θερίζει; id est *Qualem putas postea rhetorice messem messura est, quam*
 530 *seminavit?* Aristoteles Rhetoricorum iii. citat ex Gorgia: Σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς
 μὲν ἔσπειρας, κακῶς δ' ἐθέρισας, id est *Tu quidem haec turpiter seminasti et misere*
messuisti.

[A]

VENIMVS AD SVMMAM LINEAM

2656

Euripides in Antigone:

535 'Ἐπ' ἄκραν ἤκομεν γραμμὴν κακῶν, id est
Deuenimus summam ad malorum lineam.

Item Horatius: *Venimus ad summum.* De linea stadiorum et lusus dictum est alibi [B] non vno loco.

[A]

SABVRRATVS

2657

540 Plautus in Cistellaria noue quidem, sed admodum eleganter dixit *saburratus*,
 pro onustus cibo. Sumpta metaphora a nauibus, quas onerant harenis [B] aut
 argilla, [A] ne iactentur vacillentque in fluctibus. Quod equidem inter adagia
 non retulissem, nisi etiam vulgo passim diceretur. Plauti verba sunt haec:

545 *Idem mihi, magnae quod parti est vitium mulierum,*
Quae nunc quaestum facimus. Quae vbi saburratae sumus,
Largiloquae extemplo sumus.

Venustius fiet, si longius detorqueatur, veluti si quis aures saburratas dicat
 alicuius multiloquio. [C] Aut animus philosophiae praeceptis saburratus, ne
 rerum tempestate iactetur.

550 [A]

NUMERO DICIS

2658

Plautus in Casina *Numero dicis* dixit pro eo, quod est facile et compendio.

Festus exponit pro 'cito ac celeriter', citans [B] tum alios multos autores, tum hunc [A] Plauti locum. [H] Sed apud Festum adeo deprauata est scriptura, vt referre pigeat, nisi quod illinc colligitur veteres non solum dixisse *numero dicis*,
 555 sed *numero scis*, *numero facis*, *numero expungere*, *numero credere*, *numero venire* pro facile ac cito venire. Nonius Marcellus putat *numero dici* pro 'multum', sed exempla, quae adducit, magis indicant accipi pro 'cito ac facile' siue 'statim'. Quod ipsum ille fatetur in fine. [A] Idem in Amphitryone: *Numero mihi in mentem fuit*. Vsurpatur apud eundem et aliis aliquot locis.

560 [A]

PALPARI IN TENEBRIS

2659

Ψηλαφεῖν ἐν τῷ σκοτῶ, id est *Manu tentare in tenebris*, dicuntur qui rem obscuris vestigant coniecturis. Aristophanes in Pace:

Πρὸ τοῦ μὲν οὖν
 Ἐψηλαφῶμεν ἐν σκοτῶ τὰ πράγματα,
 565 Νυνὶ δ' ἅπαντα πρὸς λύχνον βουλευόμεν, id est
Antebac negocia
Velut in tenebris manibus attentauimus.
Nunc ad lucernam cuncta pensitabimus.

525 πάγκλαυστον G-I: πάγκλαστον F.
 527 metit H I: metis F G.

558 Idem B-I: Plautus A.

523 Aeschyl. *Pers.* 821 sq. (πάγκλαυστον: πάγκλαυστον v.l.).

528 Plat. *Phaedr.* 260 cd (ὄν: ὄν v.l.).

530 Gorgias fr. 16 Diels bei Aristot. *Rhet.* III, 1406 b 10.

2656

534 Eur. fr. 169 bei Stob. IV, 40, 8, p. 921 Hense.

537 Hor. *Epist.* II, 1, 32.

538 *alibi Adag.* 25 (Mouebo talum a sacra linea); 557 (A linea incipere); 897 (Ne moueto lineam).

2657

540 Plaut. *Cist.* 121.

543 *vulgo* Suringar 195, p. 363 verzeichnet aus Sartorius (1561): „Als hy tgat [nach Suringar: „Gurgel“] geladen sal hebben“.

Plaut. *Cist.* 120 sqq. (idem mihist quod magnaē parti: Er. gibt den Text der Ed. princ. Ven. 1472).

2658

551 Plaut. *Cas.* 647.

552 Fest., p. 170 M. Ausser Plautus nennt Festus die altlateinischen Dichter Naevius,

Accius, Afranius und Caecilius.

556 Non., p. 558 sq. Linds. Er. las „cito“ tatsächlich erst am Ende des Artikels, p. 559, 33 Linds. Der Anfangssatz der neuern Ausgaben „Numero significat cito“ ist erst durch Mercier (1583) aus dem unverständlich überlieferten Text hergestellt. Welche Ausgabe Er. besass, ist unsicher; in der Versandliste Nr. 286 Husner steht: „Nonius Marcellus, Festus Pompeius, Varro“. Damit scheint eine der zahlreichen italienischen Ausgaben dieses Titels (Ven. 1490–1502; Mediol. 1500; 1510) bezeichnet zu sein.

558 Idem Plaut. *Amph.* 180. Idem muss über den Einschub H hinweg auf *Plauti*, l. 553 bezogen werden.

559 *aliis ... locis* Plaut. *Men.* 287; *Merc.* 739; *Poen.* 1272.

2659

561 Aristoph. *Pax* 691 sq. Ψηλαφεῖν sowie unten l. 571 ψηλαφεῖ sind von Er. gebildete Formen, die er aus dem ihm vorliegenden ἐψηλαφῶμεν (l. 564) falsch ableitete.

[F] Allusit poeta ad Hyperboli artificium, qui ex lychnopola, id est lucernario, factus fuit imperator. Vsurpat idem prouerbiū Plato in Phaedone. [B] Quod quidem et hodie dicitur de coniecturis incertis: [C] ψηλαφεῖ.

LB 897

[A]

MVSCAS DEPELLERE

2660

Muscas depellere etiam hodie vulgato ioco dicitur, qui ocioso atque inutili fungitur officio. Aristophanes in *Vespis*:

575

Ἄλλὰ φυλάττει διὰ χειρός ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνειν, id est
Imo cauet prae manu habens, etiam muscas depellere curans.

[A]

TENVITER DIDVCIS

2661

Λεπτὰ ζαίνεις, id est *Tenuiter diducis*. Suidas scripsit dici solitum de iis, qui pauperum more tenuiter victitant. Translatum apparet a mulieribus lanam carminantibus. Nisi malumus legere ζέεις. Nam in vulgatis codicibus ζένεις habetur. Quae vox quid sibi velit, mihi sane non liquet. Porro siue ζαίνεις legas siue ζέεις, vtroque modo significabitur illa tenuium hominum in minutulis rebus diligentia, quam Graeci vocant μικρολογία, adeo vt etiam *cuminum secare* prouerbio dicantur. Quin et apud Latinos pauperes tenues appellant, et Terentius *sic tenuiter* dixit de iuvene amante citra pecuniarum adminicula. Interdum ad exactam curam referunt ac subtilitatem. Vt Horatius in *Sermonibus*:

580

585

Vtpote res tenues tenui sermone peractas.

590

595

600

605

Aristophanes item in *Nebulis* λεπτήν φροντίδα dixit et λεπτοτάτους λήρους et λεπτολογεῖν, [B] id est *tenuem curam* et *tenuissimas rationes* et *tenuia loqui*, nimirum anxias ac nimium subtiles philosophorum ridens argutias; cuiusmodi acumen Seneca prodidit fuisse Chrysippo, quod pungeret modo, non penetraret. [H] Porro quemadmodum commoda rectaque diuisio plurimum lucis adfert sermoni, ita curiosa illa et in frustra verius quam in membra sectio facit interdum, vt valde intelligendo nihil intelligamus. Vnde qui vitant hanc immodicam subtilitatem, παχυμερῶς καὶ παχυμερέστερον loqui dicuntur. Vlpianus libro *Pandectarum* xv., titulo *De peculio*, capite *Quam Tuberonis: Scire autem non vtiq̄ue singulas res debet ex necessitate, sed παχυμερέστερον, et in hanc sententiam inclinat Pomponius*. Vox enim composita videtur a παχύ, quod est pingue, et μερίς *partitio*. Contra qui excutiunt singula quaeque licet minuta, λεπτομερῶς λέγειν dicuntur. Pro παχυμερῶς Aristoteles libro *Ethicorum Nicomachiorum* i. dixit παχυλῶς καὶ τύπῳ: Ἀγαπητὸν δὲ περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, id est *Gratum igitur fuerit de talibus et e talibus disserentes crasse ac formula breuiterque verum ostendere*. Sentit exceptionum scrupulos omittendos apud inexercitatum auditorem, sed

ita de rebus loquendum, vt plerunque sunt aut vulgo habentur. Rursus eiusdem operis libro ii.: Πᾶς περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, id est *Omnis sermo de rebus agilibus crassius, non exacte fieri debet.* Frequens et illud in Graecis autoribus ὡς τύπῳ εἰπεῖν, id est *vt ita loquar*, quum sentiunt se rem non, vt est, exacte proloqui, sed qualibuscunque verbis significare ac notare verius quam eloqui.

[A]

SIMIA FVCATA

2662

Πίθηκος ἀνάπλευς ψιμυθίου, id est *Simia plena fuci.* De deformi anu, fucata tamen et meretriciis culta lenociniis. Nam ψιμύθιον Graecis appellatur color

576 cauet B-I: cauent A, corr. s; etiam ...
curans C-I: studiose, muscaque repellent

A, studiose, muscasque repellent s B.

569-570 *Allusit ... imperator* Nach Schol.
Aristoph. *Pax* 681 und 692.

570 Plat. *Phaed.* 99 b.

571 *et hodie* Die Wendung „im Finstern tap-
pen“ lässt sich schon im 16. Jh. nachwei-
sen. Luther: „Wir tappen nach der Wand
wie die Blinden und tappen als die kein
Augen haben“. „Die blinde Vernunft tap-
pet in Gottes Sachen“ (nach Trübner, *Deut-
sches Wörterbuch*). Das *Grimmsche Wörterbuch*
s.v. tappen verweist u.a. auf *Dt.* 28, 29:
„Und wirst tappen in Mittag wie ein Blin-
der tappet im Dunkeln.“ Für das Nieder-
ländische cf. Suringar 266, p. 486.

2660 Cf. *Adag.* 3625 (Μυιοσόβαι).

573 Nach Aristoph. *Vesp.* 597.

hodie vulgato ioco Suringar 126, p. 228 sq.
führt aus Tappius (1539) an: „Der fliegen
wehren“.

574 Aristoph. *Vesp.* 597 (ἀπαμύνει).

2661

578 Suid. λεπτὰ ξαίνεις 292.

580 ξένεις So in Suid. ed. Mediol. von 1499.
Er. muss die Lesart ξαίνεις in einer Hs. bei
Aldus Manutius gesehen haben, deren Spu-
ren in der Suidas-Aldina von 1514 nach-
weisbar sind (Adler, *Prolegomena* XI und
ausführlicher Bernhardt, *Commentationes*
XCI).

583 μικρολογίαν Cf. Plat. *Rep.* VI, 486 a.
cuminum secare Cf. *Adag.* 1005 „Cumini sec-
tor“ nach κυμινοπρίστης, danach modern
„Kümmel spalten“ (Wander II, p. 1704
sq.).

584 *tenues* Cic. *Off.* II, 70. *Verr.* 2 II, 138 und
oft.

585 Ter. *Phorm.* 145.

586 Hor. *Serm.* II, 4, 9.

589 Aristoph. *Nub.* 230; 320; 359. Cf. *Adag.*
254 (De fumo disceptare).

590 *rationes* Richtiger wäre „nugas“, „insep-
tias“.

590-591 *nimirum ... argutias* Nach Schol. Ari-
stoph. *Nub.* 320.

592 Sen. *Benef.* I, 4, 1: „Chrysippum ... cuius
acumen nimis tenue retunditur et in se
saepe replicatur; etiam cum agere aliquid
videtur, pungit, non perforat.“

594 595 *facit ... intelligamus* Nach Ter. *Andr.*
17: „Faciuntne intellegendo, vt nil intelle-
gant?“.

596 παχυμερῶς So z.B. Strab. I, 4, 8 sq.,
p. 66: Ταῦτα γὰρ εἴρηται παχυμερῶς. Ἐτι δὲ
παχυμερέστερον τὸ φήσαντα μὴ ὄραν ...

597 *Dig.* XV, 1, 7 (*ex necessitate* fehlt in
Mommsens Text). *Quam Tuberonis* bezeich-
net den Anfang des Abschnitts.

601 λεπτομερῶς Hesych. A 683.

Aristot. *Eth. Nic.* I, 1094 b 20.

607 *Ibid.* II, 1104 a 1.

609 ὡς τύπῳ εἰπεῖν Aristot. *Cat.* 10, p. 11
b 20. Thphr. *Hist. plant.* I, 1, 6; häufiger ist
die Wendung ὡς τύπῳ λαβεῖν: Bonitz, *Index*
Aristotelicus, p. 779 a 37. Thphr. loc. cit.
und *Char.* I, 1.

2662

613 Aristoph. *Eccl.* 1072.

614 Suid. ψιμύθιον 108: χρωμα ἑταιρικόν.

615 ille, quo quondam meretrices, nunc honestae etiam, si diis placet, matronae faciem oblinunt, quo senectam ac formae vitia dissimulent. Aristophanes ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις:

Πότερον πίθηκος ἀνάπλευς ψιμυθίου;

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρά γε τῶν νεκρῶν; id est

620 *Vtrumme variis picta fucis simia?*

An anus ab imis huc reuersa manibus?

Potest et ad rem accommodari, veluti si quis turpem causam orationis phaleris adornet, vt honesta videatur. [H] Πιθηκίζειν est fucis aut blanditiis fallere, vnde πιθηκισμός. Aristophanes in Equitibus:

625 Οἴμοι τάλας, οἷοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις, id est

Me miserum, cuiusmodi pithecismis me circumagis.

[A]

ZOPHORODORPIDES ET SIMILIA

2663

LB 898 Plutarchus in Symposiacis ostendit olim cognomina quaedam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos, qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederent; dictos enim tum κωλυσιδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tum τρεχεδείπνους. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse puto, quod qui cunctarentur adire, hi, quod aliis essent in mora, impedimento esse videbantur, quominus illis coenare liceret; deinde quod lentitudine sua efficerent, vt conuiuium ad noctem vsque proferretur. Tertium cognomen κατ' ἀντίφρασιν

635 attributum apparet. Negat autem apud Plutarchum quispiam Pittacum ab Alcaeo zophorodorpidem appellatum, quod serius iniret conuiuium, sed quod sordidis ac plebeiis comptationibus gauderet. Antiquitus autem inelegans ac parum vrbanum habebatur, si quis ad conuiuium rogatus tardius aduenisset. Vnde Polycharmus in apologia, qua vitae suae rationem reddit Atheniensibus,

640 illud in laudem suam interposuit: Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ πρὸς τοῦτοις οὐδέποτε κληθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὕστατος ἀφικόμην, id est *Ad haec insuper, Athenienses, nunquam ad coenam accersitus post tempus accessi.* Huius opinionis Battus quidam scurra non illepide causam aperuit apud Caesarem. Consuevit enim is, qui tardius venirent ad conuiuium, ἐπιθυμοδείπνους appellare, quasi dicas *conuiuiorum appetentes,*

645 propterea quod, cum essent occupati negociis, ob coenarum tamen cupiditatem non excusarent iis, a quibus rogarentur. Huiusmodi ferme Plutarchus. At Terentius in Seipsum excruciante indicat inciuile fuisse statim et ante tempus adesse conuiuiam, cum Chremes ait illos iam dudum praesto esse domi suae seque ipsum in mora conuiuiis esse, nimirum indicans contra fieri solere.

650 [H] Apud Aristophanem in Concionatricibus huc alluditur aliquoties: Ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχομαι, id est *Ad coenam venio.* In eadem: Ἐπάσομαι μέλος τι μελοδειπνικόν, id est *Accinam melos aliquod coenaticum.*

[A]

CVI ISTA ARRIDENT, MEIS NE GAVDEAT

2664

Aristophanes in Nebulis:

655 "Οστις οὖν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἑμοῖς μὴ χαιρέτω, id est
Proinde risum cui ista pariunt, is meis ne gaudeat.

Prouerbii speciem habet, quo licebit vti, cum ingens interesse discrimen significabimus inter nostras et aliorum rationes. [G] Graecus versiculus claudicat vna syllaba; plenus erit, si pro γελᾷ legas γέλαει. [A] Contrarium huic illud Maronis:

Qui Baiium non odit, amet tua carmina, Meui.

De iis, quae eiusdem sunt farinae [B] et ex aequo contemnenda.

619 γε F–I: om. A E.

630 κωλουσιδείπνους H I: κωλουσιδείπνους
 A G.

632 hi I: ii A–H.

636 Zophorodripidem B–I: Zorodripidem
 A, corr. s; serius B–I: seruis A, corr. s.

640 καὶ H I: ἄλλα καὶ A–G.

656 pariunt G–I: mouent A–F.

616 Aristoph. loc. cit. (παρὰ τῶν πλειόνων:
 παρὰ τῶν νεκρῶν Ald.; γε wird von Er. 1526
 zur Ergänzung des Metrums eingeschoben
 wie *Adag.* 2077; 2382).

624 Aristoph. *Equ.* 887.

2663

627 Ζοφοροδρίπιδες Richtig Ζοφοροδρίπιδαι, vi-
 de infra n.l. 630.

628 Plut. *Mor.* 726 a sq.

630 κωλουσιδείπνους So 1533 Er.' Verbesse-
 rung des überlieferten κωλουσιδείπνους (cf.
 app. crit.), offenbar nach Athen. II, 63 d;
 sie ist übernommen in der Plutarchausgabe,
 die 1542 in Basel bei Froben und Bischof
 erschien: *Plutarchi Moralia opuscula multis
 mendarum milibus expurgata* (ohne Vorrede
 und ohne Angabe des Bearbeiters).

Ζοφοροδρίπιδας Richtig Ζοφοροδρίπιδας. Mit
 der von Er. gebotenen Form setzt sich
 Stephanus im *Thes. Graec. ling.* IV, 40 d
 auseinander. Sie ist verschrieben aus Ζοφο-
 δρίπιδας (sic) der Plutarch-Aldina 1509. Er.
 hatte 1508 wohl Einsicht in die damals im
 Druck befindliche Plutarchausgabe, sicher
 jedenfalls in die Druckvorlage, wie er *Adag.*
 1001, LB II, 405 D bezeugt. Der falsche
 Akzent musste den Eindruck erwecken, es
 handle sich um ein Wort der 3. Deklina-
 tion.

635–646 *Negat autem ... Plutarchus* Plut. loc.
 cit.

636 Alcaeus fr. 37 B Bergk = fr. 429 Page

(Ζοφοροδρίπιδαν, auch Ald. Plut. loc. cit.: Er.
 gleicht die Form an die erste, l. 630, an, mit
 der Endung der 3. Deklination).

642–643 *Battus ... Caesarem* Der Hofnarr des
 Augustus hiess Gabba (Βάττου geben die
 codd. und die Ald. Plut.); cf. Maas, *RE*
 VII, 1, p. 418 sq. s.v. Gabba.

647 Ter. *Heaut.* 171 sq.: „Iam dudum domi /
 Praesto apud me esse aiunt. Egommet con-
 uiuas moror.“

650 Aristoph. *Ecl.* 1135.

651 *In eadem* Ibid. 1153 (μελλοδειπνικόν: μελο-
 δειπνικόν Ald.).

2664

654 Aristoph. *Nub.* 560. Die Übersetzung
pariunt seit G entspricht metrisch der im
 selben Jahr vorgeschlagenen Änderung γε-
 λάει (l. 659), während der Rhythmus von
 γελᾷ durch das ursprüngliche *mouent* (cf.
 app. crit. l. 656) genau wiedergegeben war.

658 *Graecus versiculus* Der Vers, ein Eupoli-
 deus, steht so, wie er oben zitiert ist, in einer
 Reihe gleichartiger Verse. Dass Er. den
 Eupolideus nachträglich trochäisch zu ge-
 stalten suchte, erklärt sich daraus, dass er
 1528 den Einzelvers aus dem Zusammen-
 hang losgelöst vor Augen hatte. Einen
 ähnlichen Fall bietet *Adag.* 2666, l. 689.

660 Verg. *Ecl.* 3, 90 (Maeui).

662 *eiusdem ... farinae* Cf. *Adag.* 2444 (Nostrae
 farinae).

[A]

ΒΩΜΟΛΟΧΟΣ, ΒΩΜΟΛΟΧΕΥΕΣΘΑΙ

2665

665 Βωμολόχοι prouerbiali conuicio dicebantur scelesti et improbi. Quod nominis olim inditum videtur iis, qui obuersantes circum aras victimis tendere consueuerunt insidias; aut qui ob id rem diuinam facerent, quod ex aliorum accusatione compendii nonnihil auferrent. Nam huiusmodi mortalium vota Iuppiter audit apud Lucianum in Icaromenippo. Dicuntur item βωμολόχοι, qui, cum res diuina peragitur, non faciunt vota diis, sed nugas inanes
670 deblaterant. Qui mos hodie magnatibus praecipue placet, et illud admodum ciuile putant, si inter sacrificandum assidue cuiquam ad aurem obganniant. Aristophanes in Nebulis: Καὶ βωμολόχος. Idem in eadem fabula:

Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ' ἢ κάμψειέ τινα κάμπην, [B] id est
Si quis eorum bomolochum egerit et flexum aliquem flexerit.

675 Quanquam in hoc ipso κάμπην τινα κάμπτειν subest prouerbii color. [H] Idem in Equitibus:

ᾠ θυμέ, νυνὶ βωμολόχον ἔξευρέ τι,

sentiens aduersarium excogitasse quiddam egregie scelestum, quod βωμολόχον appellat quasi insigniter adulatorium. Vox deducta a βωμός, *altari*, et λόχος, *insidiis*, quod nec illic desint, qui cibos suffrentur aut mendicando petant.
680 Hinc translatum est ad abiecte adulantes ventris gratia. Vnde dicta sunt βωμακεύματα καὶ βωμολοχεύματα pro sordidis adulationibus. Interdum βωμολόχου vox tribuitur aruspibus, diuinis, tibicinibus et huic hominum generi, quod nidorem altaris sequitur. Denique vocis vsus transiit ad omnes, qui
685 improbis artibus venantur quaestum.

LB 899

[A]

PRIUS QVAM GALLVS ITERVM CECINERIT

2666

Πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκτρυῶν ἐφθέγγετο, id est
Prius atque gallus cantet iterum cristiger.

[F] Graecus versiculus constabit, si pro ἀλεκτρυῶν legas ἀλέκτωρ. [A] Id est
690 admodum mane et antelucano. A prisca consuetudine sumptum, qua noctis deliquium et accessum diei galli cantu metiebantur, gnomonibus horariis nondum repertis. Gallus autem tribus interuallis canit praenuncians diem. Qua de re Plinius libro decimo, capite vigesimo primo: *Et hi nostri vigilēs nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit, norunt sydera et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia ad curas laboremque reuocant, nec solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum.* Hactenus Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus apud M. Tullium concoctionem in causa esse putat, quod id temporis cibus a pectore depulsus in omne corpus digeritur.
700 Poetae ad fabulam referunt, cuius meminit Lucianus in Gallo. Mihi magis

arridet Ambrosii Leonis Nolani ratio, quem virum equidem non dubitem in peruestigandis naturae mysteriis vel cum quouis veterum philosophorum conferre. Hic in Quaestionibus suis gallorum cantum a peculiari quadam salacitate proficisci putat. Esse enim hoc animal prae caeteris gallinis deditum ac velut vxorium mireque sollicitum de sobole quam maxime propaganda, adeo vt vnus gallus compluribus gallinis praeficiatur tantamque turbam vnicus maritus impleat, tum pro foeminis ac pullis acerrime depugnet. Porro cantum gallorum ab imaginatione Veneris proficisci vel illud satis arguit, quod, priusquam ineundis gallinis maturi sint, sileant. Ex reliquis item auibus pleraeque in coitu coitusue desiderio vocem aedunt, vt anates, passerres,

666 quod C-I: quo A B.

673 βωμολογέσσαι' A-C: βωμολογέσσετ' D-I.

688 Prius atque gallus cantet ... cristiger F-I:

Priusquam gallus iterum cecinerit A-E.

691 diei B-I: dei A, corr. s.

693 vigesimo primo B-I: xx. A, xxi. s; nocturni B-I: noctium A, corr. s.

2665

664 Aristoph. *Nub.* 910.

664–667 *scelesti ... auferrent* Nach Schol. zur Stelle (= Suid. βωμολόχος 490), aber z.T. missverstanden: ἀντί τοῦ κακοῦργος καὶ ἀσεβῆς, παρὰ τοὺς λοχῶντας τὰ ἐν τοῖς βωμοῖς ἐπιτιθέμενα θύματα ἢ τοὺς θύοντας, ἵνα αἰτήσαντες λάβωσι τι, d.h. sie lauern den Opfernenden auf, um ihnen etwas abzubetteln, wie auch Er. dann im Zusatz von 1533 richtig versteht (l. 680 *mendicando petant*).

668 Lucian. *Icar.* 25.

668–670 *Dicuntur ... deblaterant* Diese Bedeutung ist antik nicht zu belegen. Sie dient Er. dazu, seine Kritik am Verhalten Vornehmer während der Messe anzuknüpfen (l. 670 sq.).

672 Aristoph. loc. cit.

in eadem fabula Aristoph. *Nub.* 970 (κάμψειν).

676 Aristoph. *Equ.* 1194; ἔξευρε ist jedoch Imperativ.

679–685 *Vox deducta ... quaestum* Nach Suid. βωμολογέσθαι 486 und βωμολόχος 489; 490.

2666

687 Nach den unten ll. 727–730 zitierten Versen Aristoph. *Ecccl.* 389 sqq.; der Anfang ist in Erinnerung an *Mc.* 14, 30 (πρὶν ἢ δις ἀλέκτορα φωνῆσαι) umgestaltet.

689 *Graecus versiculus* Wie *Adag.* 2664, l. 658 ist die metrische Bemerkung nur aus der isolierten Betrachtung des Zitats zu verstehen.

693 Plin. *Nat.* X, 46.

698 Democr. A 158 Diels bei Cic. *Div.* II, 57.

700 Lucian. *Gall.* 3.

701 *Ambrosii ... Nolani* Die *Quaestiones* des Ambrosius Leo aus Nola (gest. ca. 1525) wurden erst 1523 in Venedig gedruckt, unter dem Titel *Nouum opus quaestionum seu problematum ... tum aliis plerisque in rebus cognoscendis tum maxime in philosophia et medicina scientia* (nach dem Katalog der Bibl. Nationale, *medicinae scientia* nach Cosenza, *Dictionary of the Italian Humanists*, Boston, 1962, p. 1966). Nach dem Titel könnte man vermuten, dass es sich dabei um eine Neuausgabe handelt, doch ist kein anderer Druck festzustellen. Auf keinen Fall hatte Er. 1508 einen solchen vor Augen. Noch 1518 schreibt er an Nolanus (Ep. 868, l. 32): „De problematis rerum naturalium, quod opus iam olim habebas in manibus, admiror te nihil meminisse.“ Über Leo Nolanus, der in Venedig als Hausarzt des Aldus Manutius zum engeren Freundeskreis des Er. gehörte (Ep. 868 Anfang), cf. Allen, introd. Ep. 854; zum Lob des naturkundigen Arztes cf. Ep. 868, l. 93: „tuum nomen semper extabit in meis prouerbis.“ Das geht nach Allen zu Ep. 450, l. 27 auf *Adag.* 163 (Δις διὰ πασῶν, LB II, 95 F–97 E); Er. wird dabei aber auch an das an unserer Stelle ausgesprochene Lob gedacht haben. Cf. ferner *Adag.* 1250 (LB II, 505 E), wo Nolanus ein drittes Mal erwähnt und gerühmt ist.

hirundines, perdices. Vox autem maris in auium genere tantam vim habet ad incitandam Venerem, vt quaedam hac audita tantum concipiant oua. Quo in numero sunt perdices. Gallus itaque dilabente iam per viscera cibo somnoque discedente, quo tempore corpora sua sponte concitantur ad Venerem, statim
 715 gallinarum meminit, quoque copiosior sit foetura, cantus illecebra prouocat. Quod autem subinde canit, in causa est, quia galli somnus est intersectus minimeque perpetuus, maxime cum videntur aetate, vt intelligas et hoc a salacitate proficisci. Sed vt ad interpretationem adagii recurramus, veteres
 720 *gallicinium* vocabant, quod id temporis lucem multo ante praesentientes incipiunt canere; tertium *conticinium*, cum et galli conticescunt et homines etiam tum *quiescunt*; quartum *diluculum*, cum incipit dignosci dies. Quintum *mane*, cum clarus iam dies exorto sole. Itaque secundus gallorum cantus multo solis exortum anteuenit. Hinc Iuuenalis:

725 *Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi,
 Proximus ante diem caupo sciet.*

Consimiliter Aristophanes in Concionatricibus:

Πόθεν;
 Οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἤλθεσ, ὅτε τὸ δεύτερον
 730 Ἄλεκτροῦν ἐφθέγγετο, id est
Minime gentium.
*Ne si quidem illo te appulisses tempore,
 Cum gallus iterum caneret.*

[C] Huius rei mentio fit et in euangelicis literis.

735 [A] NE ALLII QUIDEM CAPVT 2667
 Prouerbialis hyperbole Οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δέδωκεν, id est *Ne allii quidem caput dedit*. Aristophanes in Vespis:

Οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἐψητοῖσι δίδωσι, [B] id est
Nemo vel allii caput addit coctis.

740 Conueniet in sordidum et impendio parcum.

[A] RVMINARE NEGOCIVM 2668

Ἐναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα, id est *Ruminare* seu *remandere negocium*, dicitur qui suo cum animo versat, etiam atque etiam expendens. Sumpta metaphora ab
 1.B 900 animantibus, qui cibum in os reuocatum denuo mandunt atque ita demum in
 745 alterum ventrem traiciunt. Nam id non accidit nisi iis, quibus duo sunt ventres. Aristophanes in Vespis:

Μόλις τὸ πρᾶγμα ἔγνωσαν ἀναμασώμενοι, id est
Vix causa cognita est, ubi ruminauerant.

750 Id etiam appellant ἀναπεμπάζειν. Vsurpat hoc adagium et Lucianus quodam in loco.

[A] MORDERE LABRVM 2669

755 Ἐσθίειν τὰ χεῖλη, id est *Comedere labra*, vel hodiernis temporibus vulgo dicitur, qui stomachatur animoque ringitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophanes in *Vespis*: Ὑπ' ὀργῆς τὴν χελύνην ἐσθίων, id est *Comedens labra prae iracundia*. Sic et Homerus *Odysseae* υ:

Οἷδ' ἄρα πάντες ὀδᾶξ ἐν χεῖλεσι φύντες, id est
Ast hi labra suis presserunt dentibus omnes.

[A] LESBIARI 2670

760 Λεσβιάζειν antiquitus *polluere* dicebant. Aristophanes in *Vespis*:

Μέλλουσαν ἦδη λεσβιεῖν τοὺς ξυμπότας, id est
Quae combibones iam suos contaminet.

Aiunt turpitudinem, quae per os peragitur, fellationis opinor aut irrumationis, primum a Lesbiiis autoribus fuisse profectam et apud illos primum omnium

721 incipiunt G-I: incipiant A-F.

747 ἀναμασώμενοι A: ἀναμασώμενοι s B-F, ἀναμασώμενοι G-I.

755 *Odysseae* υ F-I: *Odysseas* φ A B, *Odys-*

seae φ C-E.

757 hi B-I: hii A, corr. s.

760 λεσβιεῖν B-I: λεβιεῖν A, corr. s.

712-713 *vt quaedam ... perdives* Cf. *Adag.* 2621 (Subuentanea parit).

718-723 *veteres ... dies* Teils wörtlich nach *Macr. Sat.* I, 3, 12 sq.

724 *Iuv.* 9, 107 sq.

727 *Aristoph. Eccl.* 389 sqq.

734 *in euangelicis literis Mt.* 26, 34. *Mc.* 14, 30. *Lc.* 22, 34. *Iob.* 13, 38.

2667

737 *Aristoph. Vesp.* 679. Die Übersetzung ist nicht im anapästischen Rhythmus des Originals gegeben.

2668

742 Nach *Aristoph. Vesp.* 783. Der Form ἀναμασώμενοι, die Aristophanes in dem l. 747 zitierten Vers verwendet und die Er. 1508 aus der Aristophanes-Aldina übernahm, würde jedoch der Infinitiv ἀναμασᾶσθαι entsprechen. Er. hielt wohl die beiden

Verbalstämme für bedeutungsgleich.

743-744 *Sumpta metaphora ... mandunt* Nach Schol. zur Stelle.

746 *Aristoph. loc. cit.*

749 ἀναπεμπάζειν Schol. zur Stelle.

Lucian. Gall. 5 al.

2669

752 Nach *Aristoph. Vesp.* 1083 mit Schol.

hodiernis temporibus Suringar 261, p. 480 sq. nennt: „Sich in die Lippe beißen“. „Op sijn breijdel bijten“ (Sartorius 1561).

753-754 *Aristoph. loc. cit.*

755 *Hom. Od.* XX, 268.

2670

759 *Aristoph. Vesp.* 1346 (λεσβιᾶν *Blaydes*: λεσβιεῖν codd., Ald.). Die Form λεσβιάζειν *Aristoph. Ran.* 1308. *Lucian. Pseudol.* 28.

762-770 *Aiunt ... χαιρειν ἔα* Nach Schol. *Aristoph. Vesp.* 1346.

foeminam tale quiddam passam esse. Interpres huius rei testem citat Theopompum in Vlysse: "Ἰνα μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο καὶ θρυλλούμενον δι' ἡμετέρων στομάτων εἶπω σήφισμα, ὃ φασι παῖδας Λεσβίων εὔρειν, id est *Vt ne vetus illud ac vulgo iactatum inuentum ore nostro proloquar, quod aiunt Lesbios reperisse*. Citat et Stratidem in Troilo:

770 Μὴ ποτ', ὦ παῖ Ζηνός, ἐς ταῦτό μὸλῃς,
 Ἄλλὰ παραδοὺς τοῖς Λεσβίοις χαίρειν ἔα, id est
Ne quando, fili Ionis, hucusque peruenias,
Verum hoc Lesbiis relinquant ac valere sinas.

[D] Senarii duo videntur, sed nonnihil deprauati. [A] Innuit idem Aristophanes ἐν Ἐκκλησιαζούσαις:

775 Δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους, id est
Mihi at videre labda iuxta Lesbios.

Alludit autem ad communem literam, quae prima est et Lesbiis et obscoeno verbo λειχάζειν. [B] Id, ni fallor, tale quiddam est Graecis quale fellare Latinis. [C] Nam vox etiamnum manet, tametsi rem iam olim e medio sublatam arbitror.

[A]

PYRRICHEN OCVLIS PRAE SE FERENS

2671

Πυρρίχην βλέπειν, id est *Tumultum ac bellum vultu prae se ferre*, inde dictum, quod pyrriche saltationis genus est, quod ab armatis pueris peragebatur, [C] vt testis est Athenaeus libro Dipnosophistarum decimoquarto, ostendens in ea belli imaginem repraesentari, impetum et ardorem adorientium et celeritatem fugientium. Et Aelius Spartianus in Adriano *Militares*, inquit, *pyrrhicas populo frequenter exhibuit*. [G] Tranquillus item pyrriches meminit: *Pyrrichen saltauerunt Asiae Bithyniaeque principum liberi*. Iulius Pollux lib. iiii. cap. xiiii. inter varia saltationum genera commemorat ἐμμέλειαν tragicorum, κόρδακα comicorum, σικιννίδα satyricorum, πυρρίχην ac τελεσίαν, quas ἐνοπλίους vocat, quod armati saltarent. Vnde ξιφισμὸν dictum indicat, quod gladiis perageretur, et ποδισμὸν, quod mira pedum celeritate corpus circumagerent. Idem commemorat et alia saltationum genera, quae belli habebant imaginem, κῶμον et τετράκωμον, quam ait Herculi fuisse sacram. Rursus aliam, quam Καρικὴν dixere, quae et ipsa armis peragebatur. Plato De legibus septimo docet duo potissimum saltationis genera fuisse, alterum bellicum ac tumultuosum, quod pyrriche dicebatur, alterum moderatius, quod ἐμμέλεια. Pyrrichen describit his verbis: Πυρρίχην ἂν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι τὰς τε εὐλαβείας πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσει καὶ ὑπεῖξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσειν ἐν ὕψει καὶ σὺν ταπεινώσει μιμουμένην, καὶ τὰς τοιαύταις ἐναντίας, τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἐν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι, τὸ τε ὀρθὸν ἐν τούτοις καὶ τὸ εὐτόνον, τῶν ἀγαθῶν σωματῶν καὶ ψυχῶν

ὀπότεν γίγνηται μίμημα, εὐθυφερές ὡς τὸ πολὺ τῶν τοῦ σώματος μελῶν γιγνώμε-
 νον, ὀρθὸν μὲν τὸ τοιοῦτον, τὸ δὲ τούτοις ἐναντίον οὐκ ὀρθὸν ἀποδεχόμενον, id est
 901 *Pyrrichen recte appellaueris, quae vitationes omnium plagarum ac iaculorum deflexione*
 805 *corporum omnique cedendi ratione, submissione ac subsultibus in altum imitatur, rursum*
his contrarios gestus, qui conducunt ad corporis motus agilitati parandae idoneos, qui tum
in arcuum iaculationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarum
 810 *impetitionibus simulachra pugnae student imitari, simulque rectitudinem, interim et*
robur, bonorum corporum atque animorum quoties fit imitatio, quae adhibita plerumque
confert ad corporis membrorum firmitatem, rectum quidem hoc, quod autem his
contrarium est, non ut rectum approbatur. [H] Meminit et scholiastes in Iliados
 Homericæ π commemorans tria saltationum genera, pyrrichen, sicinnin, quae
 pertinet ad sacra, et scordacismum, qui sit indecorus et prophanis conueniens.
 815 Pyrrhice Cretensium erat et in armis peragebatur. Vnde Homerus virum in
 belli muniis agilem intelligi volens saltatorem appellat: ὀρχηστὴν περ ἔόντα. [G]

766 ὁ B-I: ὁς A.

768 in D-I: ex A-C.

778 λειχάζειν H I: λαιχάζειν A G.

783 pueris C-I: om. A B.

799 ἐκπῆδησεν correximus sec. Platonis ed.
Ald.: ἐκπῆδεν G, ἐκπῆδησεν H I.

764-765 Theopomp. com. fr. 35 Kock I,
p. 743 (θρυλούμενον).

768 Strattis fr. 41 Kock I, p. 723 (ἢ μήποτ', ὦ
παῖ Ζηνός, ἐς ταῦτόν μὸλης).

773 Senarii ... *deprauati* Die iambischen Tri-
meter sind mit der n.l. 768 gegebenen
Ergänzung korrekt.

773-774 Aristoph. *Eccl.* 920.

777-778 *Allusit* ... λειχάζειν Nach Schol. zur
Stelle. Im Schol. steht anstatt λαιχάζειν die
unrichtige Form λαιχάζειν (cf. Dübner,
Adnotatio, p. 541). Daraus scheint Er. das
neue Verbum λειχάζειν unter Angleichung
an λείχειν gebildet zu haben.

2671 Die Schreibweise schwankt in den
Drucken A-I zwischen *Pyrrhiche* und *Pyrrhi-
che* ohne erkennbare Tendenz. Wir folgen
der (inkonsequenten) Schreibweise unseres
Basistextes I.

782 Nach dem unten l. 835 zitierten Vers
Aristoph. *Av.* 1169.

782-783 *inde dictum* ... *peragebatur* Nach Schol.
zur Stelle; *pueris* ergänzte Er. 1517 aus
Athenaeus, zusammen mit dem folgenden
Zusatz C (cf. app. crit.).

784 Athen. XIV, 631 a.

786 *Aelius Spartianus Hist. Aug.* I, 19, 8.

787 Suet. *Caes.* 39, 1.

788 Poll. IV, 99.

794 Καρικὴν Ibid. 100 κολαβρισμὸς Θράκιον
ὄρχημα καὶ Καρικόν. Cf. *Adag.* 779 (Carica
Musa), LB II, 327 C.

795 Plat. *Leg.* VII, 816 b.

798-804 Ibid. 815 ab: Τὴν πολεμικὴν δὴ (sc.
ὄρχησιν) ... πυρρίχην ἂν τις ὀρθῶς προσαγο-
ρεύοι, τὰς τε εὐλαβείας κτλ. (800 καὶ τὰς ταύ-
ταις ἐναντίας; 804 τὸ δὲ τούτοις τούναντιον: τὸ
δὲ τούτοις ἐναντίον Ald.).

812-816 *Meminit* ... ἔόντα Der Zusatz H bil-
det eine Dublette zum Schluss des Zusat-
zes G (*Denique Homerus* ... *prophanam*,
ll. 829-833). Er. beabsichtigte wohl 1533,
jenes Schlussstück durch die Neufassung H
zu ersetzen, die er unmittelbar an das Pla-
tonzitat (l. 812) anschloss. Dort passt der
Abschnitt besser. Damit wäre auch die
unklare Beziehung zu den thrakischen Tän-
zen (cf. n.l. 831) weggefallen. Im Druck
unterblieb dann die vorgesehene Streichung
von ll. 829-833 *Denique Homerus* ... *propha-
nam*.

812 Schol. *Horn. Il.* XVI, 617; Er. kannte nur
die Scholia minora („Didymus“), die
I. Lascaris 1517 in Rom herausgegeben und
Asulanus in der Aldina 1521 nachgedruckt
hatte.

814 *scordacismum* ... *prophanis conueniens* In der
erwähnten Aldina 1521 las Er.: ὁ
σκορδακισμὸς αἰσχροὺς τις ὢν καὶ βεβήλους
ἀρμόδιος, während die A-Schol. ὁ κορδακισ-
μὸς ... καὶ μᾶλλον κωμικοῖς ἀρμόδιος bieten.

815 *Pyrrhice* Auch diese Form entnahm Er.
seinem Scholientext (πυρρίχη).
Horn. Il. XVI, 617.

Hoc pugnae genus eleganter depingitur ex Xenophonte apud Athenaeum libro primo: Ἀνέστησαν πρώτοι Θραῦκες καὶ πρὸς αὐτὸν ὠρχοῦντο σὺν ὅπλοις καὶ ἤλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. Τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παῖει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγένοι τὸν ἄνδρα. Ὁ δὲ ἔπεσε τεχνικῶς πῶς, καὶ πάντες ἀνέκραγον. Καὶ ὁ μὲν σκυλεύσας τὰ ὅπλα ἐτέρου ἐξήει, ἄδων Σιτάλλικαν, ἄλλοι δὲ τῶν Θρακῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνηκότα, ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. Id est Surrexerunt autem primi Thraces et ad tibiam saltabant subsiliebantque in altum, idque leuiter, interim vtentes gladiis. Tandem alter alterum feriebat, sic vt omnibus videretur hominem percussisse. Ille vero artificio quodam cadebat, moxque omnes exclamabant. Tum is qui percussisse videbatur, quum alterum armis spoliasset, exhibat canens Sitalcam, porro caeteri Thraces alterum efferebant veluti mortuum, quum nullo esset affectus malo. Refert illic et alia saltationum genera, si quis auet ea cognoscere. Denique Homerus Iliados π Cretensem quempiam bello strenuum ὀρχηστήν appellat, hoc est saltatorem, ob pyrrichen, de qua diximus, Thracibus familiarem. Ita scholiastes commemorans tria saltationum genera, pyrrhichen bellicam, sicinnim sacris accommodam et σκορδακισμὸν sordidam ac prophanam. [A] Aristophanes in Auibus:

Ἄγγελος

835 Ἐλθεῖ πρὸς ἡμᾶς δεῦρο πυρρίχην βλέπων, id est
Nuncius
Accurrit ad nos pyrrichen oculis tuens.

Vnde et pedi pyrrichio nomen, [B] quod impetum habet militis ruentis in praelium, et vel a Pyrrho Achillis filio, [G] quod Plinius libro vii. capite lvi. sentire videtur scribens: *Armatam saltationem Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus, vtranque in Creta*, [C] vel, vt putat Athenaeus, a Pyrrhicho quodam Lacedaemonio (sunt enim bellacissimi Lacones, apud quos peculiaris erat haec saltatio, quam mox a quinto anno pueri discebant, quod illi vocant πυρριχίζειν, [G] et pyrrichistae dicuntur hoc genus exercentes) [B] vel ab ignea vi nomen habet. 845 [G] Iulius Pollux eo, quem mox citauī, loco ait pyrrhichen eandem esse cum telesia et vtrosque fuisse iudices hoc genus certaminum. [C] Quin hoc ipsum, si quis tumultuantem et ira excandescentem dicat πυρριχίζειν, non carebit prouerbii specie. [G] Simili tropo Timocles apud Athenaeum libro vi.:

Μισῶν λόγους ἄνθρωπος, οὐδεπώποτε

850 Ἀντίθετον εἰπὼν οὐδέν, ἀλλ' Ἄρη βλέπων, id est
Sermonis osor homo, nihil contra loquens
Vnquam, sed ore praeferens Martem truci.

Itidem poetae dicunt *torua tuens* et Graeci ὑπόδρα βλέπων.

[A]

NON EST OLEVM IN LECYTHO

2672

855 Ἐλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ, id est
Olei liquor nequaquam inest in lecytho,

scilicet cum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Refertur apud Aristophanem in Auibus. Est autem allusio ad vocem. Nam ἔλαιον, *oleum*, si gñificat et ἔλεος, *misericordiam*, et haud scio an altera ab altera sit deriuata.

860 [A] MAGIS GAUDET EO QVI SENECTAM EXVIT 2673

Γέγηθε μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς, id est *Gaudet magis quam qui senectam exuit*. De vehementer hilari ac gestienti gaudio. Aristophanes in Pace:

865 Ἦδομαι γὰρ καὶ γέγηθα καὶ πέπορδα καὶ γελῶ
Μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς ἐκφυγῶν τὴν ἀσπίδα, id est
Gaudeo siquidem atque laetor atque pedo et rideo,
Qui clypeum suffugerim, magis ac senectam qui exuit.

[B] Ductum est a serpentibus et cicadis, qui statis temporibus exuunt senectutem ac veluti renascuntur.

[A] HIC BONORVM VIRORVM EST MORBVS 2674

870 Αὕτη γε χρηστῶν ἐστὶν ἀνδρῶν ἢ νόσος, id est
At iste sane morbus est probi viri.

819 ὑψηλά *correximus*: ὑψιλὰ G-I.

841 vel G-I: siue C-F; Pyrrhicho I: Pyrrichio C-F, Pyrricho G H.

848 Athenaeum *scripsimus*: Aristophanem

G-I.

856 Olei ... lecytho G-I: Haud quaquam inest oleum lecytho A-F.

859 et ἔλεος D-I: ἔλεος A-C.

817 Xen. *An.* VI, 1, 5 bei Athen. I, 15 e (821 τὰ ὅπλα τοῦ ἐτέρου).

829 Hom. loc. cit. mit Schol.

831 *Thracibus* Schol. Hom. loc. cit. begründet die Bezeichnung ὄρχηστῆν für den Kreter Meriones: ἐπυρρίχιζον γὰρ τοῖς ὅπλοις οἱ Κρητες. Er. schreibt wegen des vorangehenden Berichts versehenlich *Thracibus*.

833 Aristoph. *Av.* 1168 sq. (εἰσθεῖ). Die Unform ἐλθεῖ beruht auf undeutlichem ἐσθεῖ der Aristophanes-Aldina.

839 Plin. *Nat.* VII, 204.

841 Athen. XIV, 630 e (= Aristoxenus fr. 103 Wehrli); 631 a.

844 *pyrrichistae* Das Substantiv bei Lucian. *Pisc.* 36 (πυρριχιστῶν). Cf. *Etym. mag.* πυρριχισταί, p. 697, 23.

vel ab *igne vi* Die Etymologie in B, auch l. 839 vel a *Pyrrho* ... *filio*, entspricht Hesych. πυρριχίζειν: ... οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ διάπυρον εἶναι, οἱ δὲ ἀπὸ Πύρρου τοῦ Ἀχιλλέως.

845 Poll. IV, 99: Ἐνόπλιοι ὄρχησεις πυρρίχη τε καὶ τελεσιάς, ἐπώνυμοι δύο Κρητῶν ὄρχηστῶν, Πυρρίχου τε καὶ Τελεσιῶ.

846 *vtrosque* Sc. Pyrrhichum et Telesiam (cf.

n.l. 845).

848 Timocles fr. 12, 6 Kock II, p. 451 bei Athen. VI, 224 b.

(app. crit.) *Aristophanem* Blosses Versehen anstatt *Athenaeum*.

853 *torua tuens* Verg. *Aen.* VI, 467; ὑπόδρα ἰδῶν Hom. *Il.* I, 148 und oft.

2672

855 Aristoph. *Av.* 1589 (ἐν τῇ ληκύθῳ).

858-859 *Est autem* ... ἔλεος Nach Schol. zur Stelle: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐλεοῦμεν, οὐ πειθόμεθα.

2673

861 Nach Aristoph. *Pax* 335 sq.

862 Aristoph. loc. cit.

867-868 *Ductum est* ... *renascuntur* Nach Schol. zur Stelle und Aristot. *Hist. an.* VIII, 17, 600 b 25; 601 a 6. Den Ausdruck „senectutem exuere“ verwendet Theod. Gaza, im Anschluss an Plin. *Nat.* VIII, 111, in seiner Übersetzung der Aristotelesstelle für τὸ γῆρας ἀποδύειν. Cf. *Adag.* 2183 und *Adag.* 2601, n.l. 465.

2674

870 Suid. αὕτη γε χρηστῶν 4470 (ohne Hinweis auf Aristoph.).

Suidas propemodum vt prouerbiale citat. Extat autem apud Aristophanem in *Vespis*. Vti licebit, cum id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi ex Euripidis Aulidensi Iphigenia:

875 Καλόν γέ μοι τοῦνειδος ἐξωνείδισας, id est
Mibi opprobrafti probrum honestum scilicet.

[B] Aut εἰρωνικῶς in tristia quaedam et seuera vitia, quae cum atrociora sint, tamen minus obnoxia sunt infamiae, quod his magnates ac probati laborent. Quis enim non execratur furem? At longe foedius est adulterium, quod tamen
 880 proceres sibi propemodum laudi tribuunt. Inuidere, obrectare, studere congerendis opibus longe sceleratius est quam puellam habere, quicum cubites, ob nocturnos, vt diuus ait Hieronymus, metus. At hoc qui facit sacerdos, vappa vocatur ac sterquilinium, et integri sanctique habentur, qui ambitione tument, auaritia contabescunt, inuidientiae virus afflant omnibus, quod videlicet hi
 885 bonorum virorum morbi sunt.

[A]

NE GUTTAM QUIDEM

2675

Manet etiam hodie vulgo tritissimum *Ne gutta quidem*, ὑπερβολικῶς pro minimo. Aristophanes ἐν Ἀχαρνέουσιν:

890 Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα, id est
At tu mihi da pacis vnā guttulam.

[C] Idem in *Vespis* adsimili forma dixit: Ὑπνου οὐδὲ πασπάλην, id est *Ne paspalam quidem somni*. Pro eo, quod erat 'ne minimum quidem somni'. Nam paspalam Graeci vocant minutissimam micam aeris aut farinae, quemadmodum et ante diximus. [H] Plautus in *Pseudolo*:

895 *Cui neque parata gutta certi consilii*
Neque adeo argenti.

Nam haec plus habent veneris ad animi res translata, vt: guttam aut micam aut pilum bonae mentis non habet.

[A]

BATTAPIZEIN

2676

900 Βατταρίζειν dicebantur vulgo qui balbutirent quibusque haesitans esset et impedita lingua, quod Graeci τραυλίζειν appellant. M. Tullius Ad Atticum libro sexto: Τῆς ξυναγόρου τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξέ μοι τὰ ἐμὰ βατταρίζειν. [G] Quod vitium ex humore immodico nasci docet Hippocrates, probat Galenus commentario sexto. Vnde in pueris ac temulentis fere accidit;
 905 quanquam addit et alias causas, indicans potissimum fieri in τ et ρ, pro quibus sonant τλ, vnde fit, vt aegre suum ipsorum vitium pronuncient τραύλωσιν. De pueris, quur magis balbutiant quam viri, quaerit Aristoteles, sectionis xi.

problemate xxx. Distinguit autem illic philosophus τραυλότητα, ψελλότητα et ἰσχυροφωνίαν. Traulosin autem definit, quum quis literam quampiam non potest
 910 exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam (hanc Theodorus vertit *blesitatem*); ψελλότητα vero, quum litera quaequam aut syllaba supprimitur, veluti quum πιττεύει dicitur pro πιστεύει (hanc Theodorus vertit *balbutiem*); ἰσχυροφωνίαν vero, quum non valent expedite syllabam syllabae contexere pronuncians (quam Theodorus vertit *linguae haesitantiam*). Quae vitia fre-
 915 quentius accidunt pueris, vt dictum est, senibus ac vinolentis, vnde Flaccus *balbam senectutem* vocat. In causa putat Aristoteles virium imbecillitatem, quae non queat animo subseruire. [C] Etiam si Tullius βατταρίζειν accipere videtur propemodum pro effutire. [A] Inde translatum ad eos, qui nugas deblaterant. Vnde βατταρισμὸν nugacitatem vocant, vocem a Batto quoriam Thebano
 LB 903 mutuati, cui vox fuerit exilis linguaque parum articulata. [G] Cui Pythia dixerit Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἤλθεσ, id est *Batte, ad vocem venisti*. Autor Hesychius, addens quibusdam videri vocem imitatitiam, qualis est φλοῖσβος aliaeque innumerae.

890 tu A-H: om. I.

893 minutissimam C-H: minutissimum I.

902 βατταρίζειν I: βατταρίζων A-H.

872 Aristoph. *Vesp.* 80.

873 *Vti licebit ... oportebat* Nach Suid. loc. cit.

874 Eur. *Iph. A.* 305. Die lateinische Wiedergabe deckt sich mit der schon 1506 und 1507 veröffentlichten Euripidesübersetzung, ausser *opprobriasti* anstatt „exprobrasti“ (*ASD* I, 1, p. 289, l. 390).

877-885 *Aut ... morbi sunt* Der Zusatz von 1515 steht im Zusammenhang mit den gleichzeitigen satirischen Adagia gegen Fürstenwillkür: 2201 (Sileni Alcibiadis) und 2601 (Scarabeus aquilam quaerit). Cf. *Adag.* 2629, n.l. 205-211; 2648, n.l. 452-454.

882 Hier. *Epist.* 50, 5, 5.

2675 Otto 773.

887 *Manet etiam hodie* Suringar 132, p. 238: „Niet een drop“ (Sartorius 1561).

888 Aristoph. *Ach.* 1033.

891 Aristoph. *Vesp.* 91.

894 *ante diximus* *Adag.* 910, LB II, 371 A; *Adag.* 2643, l. 384 sq.

Plaut. *Pseud.* 397 sq.

897 *micam* Catull. 86, 4: „Nulla in tam magnost corpore mica salis“, cf. dazu *Adag.* 1251 (Salsitudo non inest illi).

898 *pilum* Cf. *Adag.* 704 (Pili non facis) und Otto 1420.

2676 Cf. Er. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 46, l. 102 sqq.

901 Cic. *Att.* VI, 5, 1 (τῆς ξυναόρου τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος ἔδοξε μοι θαμὰ βατταρίζων ...).

903-904 *docet Hippocrates ... Galenus* Quelle ist ausschliesslich Gal. In *Hippocr. aphor.*

VI, 32 Kühn XVIII, 1, p. 51. Die Voraussetzung für den Zusatz von 1528 aus Galen bildet das Erscheinen der Editio princeps bei Aldus (1525). Cf. N. Mani, *Die griechische Editio princeps des Galenos, ihre Entstehung und ihre Wirkung*, Gesnerus 13 (1956), p. 29 sqq., über Erasmus p. 47. Die Notiz in der Versandliste Nr. 137 Husner „Galeni 1-5“ bezieht sich auf diese fünfbändige Ausgabe. Er. hatte sie kurz nach ihrem Erscheinen vom Drucker geschenkt bekommen (Ep. 2780, l. 9). Sein Dankbrief an Franc. Asolanus (Ep. 1746) ist vom 3. Sept. 1526 datiert. Seine Übersetzung der drei an der Spitze stehenden Einführungsschriften (*ASD* I, 1, pp. 629-669) war damals bereits bei Froben erschienen (Mai 1526). Cf. Waszink, *ASD* I, 1, p. 631.

907 Aristot. *Probl.* 902 b 16.

910-914 *Theodorus* Theod. Gaza in der Übersetzung der Aristotelesstelle, Bekker III, p. 438 b 23 sqq. Zu πιττεύει (l. 912) cf. *Adag.* 551 (Ἡ ψελλὴ οὐ πιττεύει).

915 Hor. *Epist.* I, 20, 18.

917 Cic. loc. cit.

919-920 *Vnde ... articulata* Nach Suid. βατταρισμοί 180; Βάττος 185.

919 *Thebano* Er. las versehentlich Θηβαῖος für Θηραῖος bei Suid. Βάττος 185.

921 Hesych. βατταρίζειν 346.

922 *imitatitiam* Neubildung zur Wiedergabe von Hesychs κατὰ μίμησιν.

[B] Dicunt et βαττολογία multiloquentiam, a Batto quopiam poeta, cui mos erat in poematis eadem subinde inculcare. Vtriusque meminit Suidas. Verum
 925 haec nihil ad sensum Ciceronis. Mihi magis apparet dictum fuisse βατταρίζειν pro ‘dolo malo agere’, quod apud Cyrenaeos vulpes dicatur βάσσαρος, [G] teste Herodoto, [B] vt Latini quoque dicunt *vulpinari*. Battarus enim dux fuit deducendae in Cyrenen coloniae. [G] De psellismo dictum est nobis alias.

[A] Vnde EXCOQUAT SEVVM 2677

930 Plautus in Captiui duo prouerbiali dixit hyperbole: *Vnde excoquat seuum senex*, opes significans copiosissimas. Tametsi locus hic non videtur vacare mendo. Ratio trochaici carminis admonet *opimae* legendum, non *optimae*. Plautinus versus hic est, ita vt in vulgatis circumfertur codicibus:

Quid diuitiae, suntne optimae? Vnde excoquat seuum senex.

935 Seuum autem vel, vt alii, sebum est pingue pecudum durius, quod Graeci στέαρ appellant.

[A] IACTARE IUGVM 2678

Iactare iugum est incommode ferre seruitutis necessitatem. Translatum a bubus nondum assuetis iugo. Iuuenalis:

940 *Nec iactare iugum vita didicere magistra.*

Simile illi *Contra stimulum calcitrare*. Congeminatur enim infortunium, quod feras impatientius, minuitur animi aequitate. Quemadmodum ait Plautus:

In re mala, animo si bono vtare, adiuvat.

[A] VT IN VELABRO OLEARII 2679

945 *Vt in Velabro olearii*. Prouerbialis similitudo de iis, qui conspirarunt remque gerunt ex composito. Plautus in Captiui duo:

*Vna res,
 Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearii.*

950 Velabrum autem autore Varrone locus erat Romae, quo olearii distrahebant oleum. Mos est autem huic hominum generi, vt inter se de precio conspirent, quo pluris vendant.

[A] IMI SVBSELLII 2680

Idem in eadem fabula *imi subsellii viros* appellat parasitos, qui ita in conuiuium admittuntur, vt imo sedeant loco.

955 *Nilil, inquit, morantur iam Lacones, imi subsellii viros.*

[F] Apud eundem in Sticho parasitus inducitur ita loquens:

Haud postulo equidem in summo lecto accumbere.

Scis me dudum esse imi subsellii virum.

[A] Item Horatius: *Et imi | Derisor lecti*, scurram significans. Quadrabit etiam in tenues conuiuas, quos diuites isti nonnunquam recipiunt, sed infimo loco.

[B] Lepidius erit, si transferatur longius, hoc est ad eos, qui inter aulicos proceres extremo sunt loco aut inter eruditos postremi sunt, quos et *infra classem* et *extremae classis* et *infimae notae* licebit appellare. Quorum posterius hoc a mercibus sumptum videtur, quibus addita nota testatur precii modum, prius illud a censu veterum. Nam qui primae classis erant, centum et viginti milia aeris possidebant, atque hi soli *classici* vocabantur, reliqui omnes, nam classes erant complures, *infra classem* dicebantur. Autor Gellius libro septimo, capite decimotertio. [G] Tametsi nonnulli codices pro xx. habent xxv. et Titus Liuius ait *Aeris centum milia*.

970 [A]

MANTICVLARI

2681

Festus Pompeius ostendit poetas hoc verbo *manticulari* vsos pro fucum facere ac subdole agere citatque Pacuuium ita loquentem: *Ad manticulandum astu*

934 optimae F–I: opimae A–E.

959 Derisor B–I: Derisor A.

924 Suid. βαπτολογία 183 und Βάπτος 185. Für *battologia* cf. *Adag.* 1092 und *De pronunt.*, ASD I, 4, p. 47, l. 126 sqq., mit origineller Interpretation der Battusgeschichte bei Ov.

Met. II, 703 sqq., wozu M. Cytowska auf die ausführlichere Behandlung *Lingua*, ASD IV, 1, p. 250, l. 1 sqq., verweist.

927 Hdt. IV, 192, 2 (βασσάρια). Er. entnimmt die Notiz dem *Etym. mag.* βασσάρια 190/191: Λέγεται βάσσαρος ἡ ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον ὑπὸ Κυρηναίων.

vulpinari Non., p. 66, 23 Linds. mit Varro *Sat. Men.* 327; cf. *Apul. Met.* III, 22.

Battarus Vielmehr *Battus*: Hdt. IV, 155. Suid. Βάππου σίλφιον 187.

928 *alias Adag.* 551 (Ἡ ψελλῆ οὐ πιττεύει); *Adag.* 3328 (Sellissare).

2677

930 Plaut. *Capt.* 281.

932 *opimae* Die offensichtlich richtige Verbesserung steht heute im Text der massgebenden Plautausgaben; doch wird sie Camerarius (1552) zugeschrieben.

2678

939 Iuv. 13, 22.

941 *illi Adag.* 246.

942 Plaut. *Capt.* 202.

2679

946 Plaut. *Capt.* 489 (<de) *compecto: compacto* codd.).

949 Varro *Ling. lat.* V, 43 sq.

2680 Otto 1704 n.

953 Plaut. *Capt.* 471.

956 Plaut. *Stich.* 489 (scis tu med esse). An beiden Stellen geben die neuesten Ausgaben das richtig überlieferte „vnisubseli“, Ritschl gab noch *imi subselli* wie die ersten italienischen Herausgeber Merula, Ven. 1472 (*Capt.*), und Pius, Bologna 1500 (*Stich.*).

959 Hor. *Epist.* I, 18, 10 sq.

962–963 *quos ... appellare* Für *classis* cf. Cic. *Ac.* I II (*Lucullus*), 73: „qui mihi cum illo (Democrito) collati quintae classis videntur“; für *nota* cf. Otto 643 (*farina*).

967 Gell. VI (früher VII), 13.

969 Liv. I, 43, 1.

2681

971 Fest. *manticularum*, p. 133 M.

972 Pacuvius 377 Ribbeck, *Scaen. Rom. fr.* I, p. 146.

LB 904 *aggreditur*. Tractum autumat a manticulis, quas fures atrectare solent, nimirum
 975 quo furentur. Equidem magis arbitror hinc sumptam metaphoram, quod qui
 in conuiuio dissimulant, mantilibus tegunt faciem, velut extergentes. Vnde in
 Sermonibus Horatius: *Mappa compescere risum*. Plautus item in Captiui duo pro
 pallio latebraque posuit, qua dolus tegi possit:

*Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est meis,
 Nec sycophantiis nec fucis vllum mantellum obuium est.*

980 Equidem haud scio, num ad hanc pertineat formam, quod legitur apud
 Origenem homilia in Ezechielem quinta: *Qui dicit proximo suo: 'Ignoscit nobis
 peccata nostra deus', siquidem et in talibus sacramentis ludimus vicissim nobis pollicentes,
 mappam mittet deus*, id est teget nostra flagitia, missa mappa. Verum quoniam
 Graeci codicis non adest copia, super hac re praestiterit Academicum agere.
 985 Docti, quibus adest, locum hunc excutient a nobis admoniti. [F] Vtitur eodem
 dicto Tertullianus libro aduersus Valentinianos: *Sed mappa, quod aiunt, missa.*

[A]

AVRO HABET SVPPACTVM SOLVM

2682

Prouerbiali figura dixit Plautus in Bacchidibus:

990 *Sed diuesne est isthic Theotimus? - Etiam rogas?
 Qui soccis habeat auro suppectum solum.*

De praediuite, cui tanta suppetat auri vis, vt pedibus calcet. *Solum* enim pro
 infima crepidarum parte posuit [B] aut certe pro pauimento.

[A]

AD ARAS

2683

995 Ἐπὶ βωμούς, id est *Ad aras*. Refertur in collectaneis, quae Plutarchi titulo
 feruntur, nec explicatur. Equidem opinor perinde valere, quasi dicas 'ipso in
 negotio', iuxta prouerbium, quod nobis alio dictum est loco, quo vetamur ad
 aras consultare.

[A]

SAMIORVM LAVRA

2684

1000 Σαμίῳν λάυρα, id est *Samiorum laura*. Dictitabatur in turpibus addictos
 voluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediae
 popinariaeque lautitiae venditabantur [C] a mulierculis in hoc paratis. [A]
 Extat [C] et hoc [A] adagium in commentariis, quae Plutarcho inscribuntur.
 LB 905 [C] Refert idem Athenaeus ex Clearcho, libro duodecimo, addens hoc
 inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni eamque ciuitatis corruptelam
 5 fuisse commentum ex Sardium cubito, qui dulcis prouerbio dictus est autore
 Platone.

977 possit C-I: posset A B.
978 Nec A-H: Vel I.

976 Hor. *Serm.* II, 8, 63.

Plaut. *Capt.* 520 sq. (nec subdolis mendaciis edd. sec. Pyladem [1506]: nec mendaciis subdolis codd.).

981 Orig. *Hom. in Ezech.* 5, 5, Migne PG 13, 708 D.

984 *Academicum agere* D.h. nach der Lehre der skeptischen Akademie ἐποχή üben, „sustinere se ab omni adsensu“ (Cic. *Ac.* I II, 48).

986 Tert. *Adv. Val.* 36, CSEL 47, p. 210, 14. Cf. Otto 1059, der die richtige Deutung gibt: *mappa* bezeichnet hier und an der vorangehenden Origenesstelle das Tuch, mit dem im Circus das Zeichen zum Beginn der Spiele gegeben wurde.

2682 *Collect.* 228 (Auro habet soccis suppectum solum). Otto 220.

988 Plaut. *Bacch.* 331 sq. (sed istic Theotimus diuesne est: sed diuesne est istic Theotimus codd.; qui auro habeat soccis codd., in dieser Stellung auch Er. *Collect.*: qui soccis habeat auro Pylades). Er. scheint hier 1508, im Gegensatz zu dem vorausgehenden Zitat aus den *Captivi*, nach der damals neuen Ausgabe des Pylades (Brescia, 1506) zu zitieren.

2683 Hier beginnt eine Reihe von Adagien, deren Quelle Otto Crusius in seinen *Analecta critica ad paroemiographos Graecos*, Leipzig, 1883, p. 6 sq. klargelegt hat (abgedruckt im *Suppl. Paroem.* unter Nr. II). Die von Er. benützte Handschrift ist identisch oder nahe verwandt mit dem Cod. Laurent. 80, 13, der fünf Sammlungen griechischer Sprichwörter enthält. Diese unterscheiden sich, mit Ausnahme der dritten, von den übrigen Sprichwörtersammlungen, die Er. kannte, dadurch, dass sie nicht alphabetisch geordnet sind. Die erste dieser Sammlungen trägt (zu Unrecht) die Subskription Πλουτάρχου παροιμίαι αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. Sie findet sich unter diesem Titel in den *Paroem. Gr.* I, pp. 321-342, ferner in Dübners *Plutarchausgabe* V, Paris, 1882, pp. 164-173 (beide nach dem Erstdruck von Jac. Gronovius, *Antiquitates Graecae*, X, Leiden, 1701; zahlreiche Korrekturen gibt F. Schöll, *Zu den sog. Prov. Alexandrina des Ps. Plutarch*, in: *Festschrift zur Begrüßung der 36. Philologenversammlung*, Freiburg und

5 Sardinum cubito H I: Sardorum cubitus A G.

Tübingen, 1882). Die vier anderen Sammlungen sind publiziert von H. Jungblut im *Rhein. Mus.*, N.F. 38 (1883), p. 395 sqq. (= *Suppl. Paroem.* VI). Ferner hat Crusius, *op. cit.*, p. 14 sq. gezeigt, dass die Subskription der 1. Sammlung ursprünglich der Titel der 2. Sammlung gewesen sein muss. Diese ist die Hauptquelle für seine Ausgabe *Plutarchi De prouerbiis Alexandrinorum libellus ineditus*, Tübingen, 1887 (= *Suppl. Paroem.* III a), mit Kommentar, Tübingen, 1895 (= *Suppl. Paroem.* III b). Zur gesamten Überlieferung dieses Sprichwörter-Corpus cf. W. Bühler in *Seria Turyniana*, Urbana, Ill., 1974, pp. 410-435; zur Vorlage des Er. W. Bühler, in: *Nachrichten der Göttinger Akademie*, 1979, Nr. 6, p. 128, n. 99. Er. verwendet den Namen Plutarch für alle fünf Sammlungen, allerdings mit Zweifel an der Echtheit, wie die Art der Zitierung zeigt: *Refertur in collectaneis, quae Plutarchi titulo feruntur* (*Adag.* 2683, l. 994 sq., cf. 2649, l. 456); *in commentariis, quae Plutarcho inscribuntur* (*Adag.* 2684, l. 2); *Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus* (*Adag.* 2686, l. 15). Die Reihe der aus dieser Handschrift entnommenen Adagia setzt sich fort bis *Adag.* 2699 (oder 2698), wird wieder aufgenommen nach den *Homeradagia* am Ende der 10. Centurie und läuft bis in die 4. *Chiliade* hinein (cf. die übersichtliche Zusammenstellung bei Crusius, *Suppl. Paroem.* II, pp. 5-7). Wir zitieren die 1. Sammlung nach *Paroem. Gr.* (Plut.), die übrigen Sammlungen nach Jungblut, *Suppl. Paroem.* VI; für die 2. Sammlung verweisen wir ausserdem auf *Suppl. Paroem.* III a und III b.

994 Plut. *Paroem.* 1, 70 (ἐπὶ βωμόν).

996 *alio ... loco* *Adag.* 2328 (Atqui non est apud aram consultandum).

2684 Cf. *Adag.* 1823 (Samiorum flores).

999 Plut. *Paroem.* 1, 61 (Σαμίων ἄνθη καὶ Σαμακὴ λαύρα).

999-1 *Dicitabatur ... venditabantur* Nach Plut. 1 a *mulierculis ... paratis* Der Zusatz C nach Athen. XII, 540f.

3 Clearch. fr. 44 Wehrli bei Athen. loc. cit.

6 Plat. *Phaedr.* 257 d (γλυκύς ἀγκών); cf. *Adag.* 1038 (Dulcis cubitus).

[A]

TAENARIVM MALVM

2685

Ταινάρων κακόν, id est *Taenarium malum*. Si quid crudelius saeuitum esset in famulos, *Taenarium malum* vocabant, propterea quod olim Lacedaemonii captiuos, qui in Taenarum confugerant, reductos capitis affecerunt supplicio. Est autem hoc loco Taenarus oppidum quoddam Laconicae, cuius incolae Taenaritae vocentur, [F] et eiusdem regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad inferos.

[A]

LESBIVS PRYLIS

2686

Ὁ Λέσβιος Πρύλις, id est *Lesbius Prylis*. Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbium per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurii filium ac diuinandi peritum. [B] Quanquam πρύλις Graece militem peditem significat.

[A]

AGAS ASELLVM

2687

Agas asellum. Hoc adagii quoniam mutilum refertur, non satis liquet, quid sibi velit. Refertur autem a Cicerone libro De oratore secundo, ad hunc quidem modum: *In hoc genus coniiiciuntur proueria, ut illud Scipionis, cum Asellus omneis prouincias stipendia merentem se peragrasse gloriaretur: Agas asellum et caetera.* Hactenus Tullius. Neque vero libet referre, quae in hunc locum adfert Omnibonus, interpres alioqui non omnino malus. Tamen visum [B] est ipsum adagium [A] in medium proponere, quo doctis saltem vestigandi ministrarem occasionem. [B] Fortasse legendum *agaso asellum*. Nam veteres elidebant vocales more Graecorum etiam in scriptura. Atque ita sensus erit, vnumquenque facere quae se digna sint: Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agasonis vocabulum in contemptus abiit prouerbium, id quod apud Graecos festiuus est ob sermonis ἰδίωμα. Nam Dores asinum vocant non ὄνον, vt caeteri, sed κίλλον, et agasonem non ὀνηλάτην, sed κίλλακτῆρα, veluti testatur Iulius Pollux libro De rerum vocabulis vii. [D] Fortassis huc pertinet quod scripsit Flaccus epistola xix. ad Lollium:

Ad imum

Thrax erit aut olitoris aget mercede caballum.

[A]

SAMIVM COMATVM

2688

Τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην, id est *Samium comatum*, dicebant eum, qui ante ignauus habitus praeclarius expectatione sese gessisset in negotio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui cum ab aduersariis haberetur ludibrio, quod comatus esset, commissus cum illis vicit. Vnde in prouerbium abiit,

quoties quis certamen suscipit cum iis, quos praeter opinionem experitur sese viribus superiores. Non dissimile, quod admonuit Sylla: *Cauendum a puero male cincto*. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

[A]

SERVVM HAUD VEHO

2689

Δούλον οὐκ ἄγω,

Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὸν περὶ τῶν κρεῶν, id est

*Seruum ego haud vebo,*50 *Nisi qui prius pro carnibus certauerit**Certamine in nauali.*

Id est: non admitto seruum nisi multis magnisque spectatum experimentis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in *Ranis*, a nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionem, περὶ τῶν κρεῶν et περὶ τῶν νεκρῶν, id est *pro carnibus* et *pro cadaveribus*. 'Pro carnibus' accipiunt 'pro vita'; carnem enim corpus appellant. Porro serui cum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro vita duntaxat dimicant. Qui legunt νεκρῶν, hanc adferunt fabulam: In praelio nauali, quod actum est apud Arginusas, superiores extiterunt Athenienses vetueruntque, ne cadauera caesorum tollerentur, et hac quoque de re digladiatum est. In hoc autem bello serui egregiam

11 oppidum quoddam F-I: regio quaedam A-E.

33 κιλλακτῆρα *scripsimus* sec. Pollucis ed. Ald.

1502: κιλλακτῆρα B-I.

37 olitoris G I: olitor, is D-F.

42 esset B-I: om. A.

2685

8 Plut. *Paroem.* 1, 54; cf. Suid. Ταϊνάριον κακόν 205.

8-10 *Si quid ... supplicio* Nach Plut. loc. cit.: τὸ μέγα καὶ παρανομοῦμενον εἰς ἰκέτας [οἰκέτας cod. = *famulos* Er.]. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς καταφυγόντας εἰς Ταϊναρον τῶν Εἰλώτων [*captiuos* Er.] ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν.

11-12 *Est autem ... vocentur* Nach Steph. Byz. Ταϊναρος.

12-13 Zusatz F nach Suid. Ταϊναρον 206.

2686

15 Plut. *Paroem.* 1, 42.

17-18 *Quaquam ... significat* Suid. πρύλις 2984. Hesych. πρυλέες. *Etym. mag.* πρυλέες, p. 693, 31.

2687 Otto 188 und *Nachträge zu Otto*, p. 137.

21 Cic. *De or.* II, 258.

25 Omnibonus Leonicensus, *In Marci Tullii Oratorem ad Q. fratrem commentarium*, Vicenza, 1476.

30-31 *Siquidem ... prouerbiium* Das entnahm Er. schon in *Adag.* 711 aus Pers. 5, 76.

33 Poll. VII, 56.

34 Hor. *Epist.* I, 18, 35 sq.

2688

39 Plut. *Paroem.* 2, 8.

40-44 *Aiunt ... superiores* Nach Plut. loc. cit.

44-45 *Sylla ... cincto* Suet. *Caes.* 45, 3.

45 Plut. loc. cit.

2689

47-48 Plut. *Paroem.* 2, 7 (νεναυμάχηκε περὶ τῶν κρεῶν).

53 Aristoph. *Ran.* 190 sq. (νεναυμάχηκε τῆν περὶ τῶν κρεῶν).

alio citatum loco *Adag.* 1080 (Lepus pro carnibus), LB II, 439 CD.

54 *interpretes* Schol. Aristoph. loc. cit. und Plut. loc. cit.

59-60 *vetueruntque ... tollerentur* Die unrichtige Angabe beruht darauf, dass im Scholientext der Aristophanes-Aldina nach τοὺς νεκροὺς δὲ ἐκωλύθησαν ἀνελεῖσθαι nicht ὑπὸ χειμῶνος steht, sondern ὑπὸ χεῖρωνος, was Er. offenbar als Eigennamen auffasste.

60-61 *et hac quoque ... donati sunt* Dass hinterher ein Kampf um die Toten stattgefunden

operam nauasse leguntur, quapropter et libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi collectaneis.

[A]

TERTIVM CAPVT

2690

65 Τρίτη κεφαλή καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ, [C] id est *Tertium caput et tertio cerebro*. [A] In onerum baiulos dictum, qui non humeris modo, verum et capite gestant onera. Extat in iisdem, quae modo citauī, collectaneis. [H] Apte torquebitur in homines variis distractos negociis.

[A]

VT CORINTHIA VIDERIS

2691

70 Ἄ Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν, [B] id est *Corinthia videris corpore quaestum factura*. [A] In mulierem intempestiuus libidinantem. De mulieribus Corinthi
1.B 907 prostantibus dictum est alibi. Dictum est autem χοιροπωλῶ nouo quidem verbo, quod nobis indicat quaestum facere corpore. Χοῖρος enim naturam muliebrem significat. Extat et hoc in iisdem collectaneis.

[A]

CYRNIA IACTVRA

2692

75 Κυρνία ἄτη, id est *Cyrnium malum*. De magnis dispendiis et expilationibus dicebatur. Cyrnus insula quaeipiam est e regione Apuliae, cuius incolae longaeui perhibentur esse propter mel, quo plerunque vescuntur, [G] vicini Sardonicae insulae. [A] Nam eius illic summa copia, quemadmodum autor est
80 Stephanus. Haec olim nauigantibus erat inaccessa propter praedonum ac piratarum circa illam frequentiam. Atque hinc vulgo prouerbium increbuit. [G] Plinius libro iiii. capite xii. nominat Cyrnium, sed diuersam a Corsica, quum Strabo tradat Cyrnium esse quam Romani dicunt Corsicam, insulam aegre habitatam ob locorum asperitatem et regionem multis locis imperuiam, sed praecipue quod qui montes obtinent ac latrociniis viuunt, feris ipsis sint
85 efferatioribus. E quibus si quando aliquot capti per duces Romanos Romam deducantur, dictu mirum, quam ferinum quiddam ac beluinum prae se ferant. Nam aut sibi mortem consciscunt aut, si viuunt, stoliditate et amentia sic fatigant dominos, vt quantulocunque emptos tamen emisse poeniteat. Talis olim Corsica, nunc vinis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob immanitatem igitur latrociniarum ac gentis feritatem dicta est Κυρνία ἄτη, quemadmo-
90 dum dictum est *Cilicium exitium*, quod alibi retulimus. [F] Meminimus huius adagii superius in *Cyrnia terra*.

[A]

RAPINA COTYTIIS

2693

95 Ἄ Ραπαγὰ Κοτυτίοις, id est *Rapina Cotytiis*. Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulae quaeipiam et arborum foetus ramis

alligabantur eaque diripienda proponebantur. Refertur in Plutarchi collectaneis nec exponitur. Quanquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis direptisque.

[A]

QVAE EX ANTIQVA

2694

100 Τὰ ἐκ παλαιᾶς, id est *Quae ex antiqua*, [F] subaudiendum 'Tyro'. [A] Perinde valet, quasi dicas summam molestiam extremumque malum. Tyrum enim, quae cognominata est vetus, [B] dictione composita Παλαίτυρος, [A] Alexander [B] expugnata et ex insula comportatis aggeribus redditam continentem

94 Cotytia B-I: Cotytis A.

100 ex A B I: om. C-H.

habe, schloss Er. aus der Angabe bei Plut. loc. cit. οἷς [sc. δούλοις] ἐλευθερίαν ἐψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι περὶ τῶν νεκρῶν ἀγωνισαμένοισι.

62 Plut. loc. cit.

2690

64 Plut. *Paroem.* 1, 99 (τρίτη κεφαλῆ Leutsch und Dübner nach *Mantiss. prov.* 3, 28: τρίτη κεφαλῆ cod.). Cf. Suid. τρίτη κεφαλῆ 1016. Verglichen mit Suidas erweist sich die von Er. gebotene Lesart des Codex als die richtige. Es liegen zwei Sprichwörter vor, das eine im Nominativ – Suid. führt nur dieses an –, das zweite im Dativ.

64-65 *In onerum bainulos ... onera* Nach Plut. loc. cit.

2691

69 Plut. *Paroem.* 1, 92 (Ἀχροκορινθία edd. nach Suid. χοῖρος 601: Ἄ Κορινθία cod. Plut.).

70 *In mulierem ... libidinantem* Nach Plut. loc. cit.; *intempestivius* gibt παρ' ὧραν der Hs. wieder; dass dies die Lesart des Cod. Laur. ist, hat F. Schöll, *op. cit.* (zu *Adag.* 2683), p. 56 festgestellt.

71 *alibi Adag.* 301 (Non est cuiuslibet Corinthus appellere).

72-73 Χοῖρος ... *significat* Nach Plut. loc. cit.

2692

75 Plut. *Paroem.* 1, 90.

76-79 *Cyrnus ... Stephanus* Steph. Byz. Κύρνος. 76 *e regione Apuliae* Νῆσος πρόσβορος Ἰαπυγίας Steph. Byz. (= Hecataeus *FGrHist* 1 F 60). Cf. *Adag.* 2074 (Cyrnia terra), l. 509 sq., Zusatz C (1517) „ad boream opposita Iapygiae“. Falls der Text des Steph. Byz. in Ordnung ist, ist damit eine mit Korsika gleichnamige, anderweitig nicht bekannte Insel (die bei Plin. *Nat.* IV, 53 genannte Echinadeninsel Cyrnus

kann kaum gemeint sein) im Ionischen Meer bezeichnet (cf. Jacobys Kommentar zu *FGrHist* loc. cit.).

77-78 *vicini ... insulae* Οἰκοῦσι δὲ οὗτοι περὶ τὴν Σαρδόνια Steph. Byz. loc. cit. 1508 hatte Er. diese Bemerkung weggelassen, da er aus dem Stephanustext allein die Identität von Κύρνος und Korsika nicht herauslesen konnte. Diese war ihm erst 1526, wie aus *Adag.* 2074 hervorgeht, an Hand von Plin. *Nat.* III, 80 klar geworden, und in unserem *Adag.* stellt er sie 1528 auf Grund von Strab. V, 224 erneut fest. Ein Rückgriff auf Steph. Byz. zeigte ihm, dass die dort erwähnte Langlebigkeit auf Grund des Honiggenusses (= Lycus *FGrHist* 570 F 5) sich nicht auf jene Insel *e regione Apuliae*, sondern auf Korsika bezieht. So fügte er 1528 den Zusatz bei, ohne zu bemerken, dass nach seinem Text Sardinien und Korsika gegenüber von Apulien liegen müssten.

79-80 *Haec olim ... frequentiam* Nach Plut. loc. cit.

81 Plin. *Nat.* IV, 53.

82 Strab. V, 2, 7, p. 224.

91 *alibi Adag.* 2125.

92 *superius Adag.* 2074, wo l. 514 sq. auch Κύρνια ἄτη, aber aus Zenob. *Ald. col.* 108 angeführt ist.

2693

94 Plut. *Paroem.* 1, 78 (Κοτυτίοις edd.: Κοτυτίοις cod.).

94-96 *Cotytia ... proponebantur* Nach Plut. loc. cit.

2694

100 Laur. coll. II, 4, p. 403 Jungblut = Plut. *Prov. Alex.* 4, p. 4 Crusius.

101-106 *Tyrum ... pertulisset* Nach Plut. loc. cit., die Ergänzungen B aus Curtius IV, 2-4 (Palaetyros IV, 2, 4).

[A] crudeliter tractauit plurimisque affecit incommodis, vnde prouerbum Τὰ
 105 ἐκ παλαιᾶς. Quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyrus
 pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis [F] atque item Zenodoti.
 Historia est apud Quintum Curtium.

[A]

TRICEPS MERCVRIVS

2695

Τρικέφαλος Ἑρμῆς, id est *Triceps Mercurius*. Dictum videtur in ambiguos
 110 ancipitesque aut in vehementer astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus
 Mercurius, vel quod plurimam vim habeat oratio vel quod idem deus index
 viae. Proinde in singulis capitibus inscriptionem habebat, quo duceret haec
 via, quo rursum illa. Huiusmodi Mercurii simulacrum primus posuit Proclides
 autore Philochoro.

115 [A]

DANACE

2696

Δανάκη, id est *danace*. Sic appellabatur nummulus ille, qui Charonti persoluitur
 nulum pro transmissione Stygiae paludis, cuius meminit Lucianus in Charon-
 te, Apuleius item in fabula Psyches. Refertur in collectaneis Plutarchi nec
 indicatur vsus. Mihi videtur recte vsurpandum, si quis iubeat senem parare
 120 δανάκην, innuens prope esse, vt emigret e vita. Aut si quem vsqueadeo nihil
 reliquisse dicat, vt ne danace quidem superfuerit. [F] In hunc sensum vsurpat
 Iuuenalis satyra tertia, qui hunc nummulum *trientem* vocat:

*Nec sperat coenosi gurgitis alnum
 Infelix nec habet, quem porrigat ore trientem.*

125 [A]

VT BAGAS CONSTITISTI

2697

Βάγας ἔστηκας, id est *Vt Bagas stabas*. In stupidum et elinguem dicebatur.
 Bagas erat quispiam adsimilis attonito stupidoque et insulso. Commemoratur
 LB 908 in Plutarchi collectaneis. [B] Haud scio, num legendum sit Bagoas pro Bagas;
 is eunuchus fuit, et est hoc genus timidum et imbelles.

130 [A]

CANCVRM INGRESI DOCES

2698

Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις, id est *Cancrum recte ingredi doces*. De eo, qui
 docet indocilem. Refertur in eisdem collectaneis. Finitimum vel idem potius
 cum illo, quod paulo superius retulimus ex Aristophane, [G] in prouerbio
Nunquam efficies. Pertinet ad genus ἀδυνάτων, *Aethiopem dealbas* etc. Siquidem
 135 animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore et in omnem partem mouet
 gressum. Dictum putant καρκίνον quasi καράκινον, a mouendo capite. Dicitur
 et capite gignere.

[A]

MARE EXHAURIS

2699

140 Θάλασσαν ἀντλεῖς, id est *Mare exhaustis*. De eo, qui conatur, quod effici non possit. [B] Nam montes vtcunque perfodiuntur, at mare non possit exhauriri.

[C]

CANES TIMIDI VEHEMENTIVS LATRANT

2700

Quintus Curtius libro septimo demonstrat huiusmodi prouerbium apud Bactrianos vulgo iactatum fuisse: *Canis timidus vehementius latrat quam mordet*. Thrasonum est turgidis minis dira moliri; at Chremes ad rem gerendam

104 tractauit F-I: administrauit A-E.

120 esse F-I: abesse A-D, adesse E.

106 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit. Zur Verwendung des Namens Plutarch durch Er. cf. zu *Adag.* 2683. Zenob. Ald., col. 154.

107 Curt. loc. cit.

2695

109 Apost. 17, 23; cf. Suid. Τρικέφαλος 981.

111 *quod plurimam ... oratio* Παρόσον ὁ λόγος μέγιστα ἰσχύει Apost. loc. cit. Der Satz fehlt bei Suid. loc. cit. Demnach war Apost. die (ungenannte) Quelle des Adagiums.

111-114 *idem deus ... Philochoro* Nach Apost. (Suid.) loc. cit.

114 Philochorus *FGrHist* 328 F 22 bei Apost. (und Suid.).

2696

116 Laur. coll. II, 5, p. 403 Jungblut = Plut. *Prov. Alex.* 5, p. 4 Crusius (Zenob. Ald. col. 66. Suid. δανάκη 59). Cf. Pfeiffer zu Kallimachos fr. 278.

116-117 *Sic appellabatur ... paludis* Nach Plut. loc. cit.

117 Lucian. *Char.* 11.118 Apul. *Met.* VI, 18.

in *collectaneis Plutarchi* Laur. loc. cit. Cf. *Adag.* 2694, n.l. 106.

122 Iuv. 3, 266 sq.

2697

126 Laur. coll. II, 15, p. 404 Jungblut = Plut. *Prov. Alex.* 17, p. 11 Crusius (Βησᾶς Crusius nach Apost. 4, 90: Βάγας cod. Laur., ebenso Zenob. Ald. col. 50).

127 *Bagas ... insulso* Nach Laur. loc. cit.

128 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit. Cf. *Adag.* 2694, n.l. 106.

Bagas Name des Eunuchen in Lucians Dialog *Eunuchus*, den Er. 1514 übersetzte, *ASD* I, 1, p. 594 sqq. Cf. Athen. XIII, 603 b (= Dicaearch. fr. 23 Wehrl).
2698

131 Laur. coll. III, 16, p. 416 Jungblut (=

143 Bactrianos F-I: Batrianos C-E.

Zenob. Ald. col. 14) Αἰθιοπα σμήχεις καὶ καρκίνον κτλ.

131-132 *De eo ... indocilem* Nach Laur. (= Zenob. Ald.) loc. cit.

133 *paulo superius* *Adag.* 2638 (Nunquam efficies, vt recte ingredientur cancri): Aristoph. *Pax* 1083.

134 *Aethiopem dealbas* *Adag.* 350. Weitere ἀδύνατα *Adag.* 348 sqq.

136 καρκίνον ... καρκίνον *Etym. mag.* 491, 53.

137 *capite gignere* Plin. *Nat.* IX, 158: „ore coeunt“ (Missverständnis von Aristot. *Hist. an.* V, 7, 541 b 25 οἱ δὲ καρκίνοι κατὰ τὰ πρόσθια ἀλλήλων συνδυάζονται; cf. Gossen-Steier, *RE* XI, 1667, 65 s.v. Krebs).

2699 Cf. Otto 1062 (mare interbibere).

139 Zenob. Ald. col. 94 θάλασσαν ἀντλεῖς ἐπὶ τῶν ἀνηνύτοις ἐπιχειροῦντων. Laur. coll. III, 17, p. 416 sq. Jungblut ἀνέμους θηρᾶς, θάλασσαν ἀντλεῖς und weitere ἀδύνατα (so wie auch *App. prov.* 4, 58). Die isolierte Verwendung bei Er. scheint auf Zenob. Ald. als Quelle hinzuweisen, doch ist das Nebeneinander von *Adag.* 2698 und 2699 im Laurentianus auffallend. Crusius loc. cit. (zu *Adag.* 2683) rechnet das Adagium zu den aus dem Laurentianus (oder vielmehr aus dessen „gemellus“) entnommenen.

2700 *Collect.* 724: Canes qui plurimum latrant, perraro mordent; in dieser Form ist das Sprichwort nicht antik, cf. Suringar 34, p. 52 sqq. Otto 321. In die *Adagia* nahm es Er. in neuer Fassung erst 1517/8 auf, als ihm die antike Bezeugung bei Curtius durch seine Arbeit an der Strassburger Curtiusausgabe (Schürer, 1518) bekannt geworden war. Cf. *Adag.* 2262, n.l. 355.

142 Curt. VII, 4, 13.

144-145 *Thrasonum ... promptior* Thraso und Chremes sind Personen in Ter. *Eun.*

- 145 promptior. Sic et Athenienses ad bene dicendum quam ad gnauiter agendum
accommodatiores fuisse leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere nec Vlyssi
bellare. Et Lacedaemonii verbis parcissimi virtute longe praecelluerunt. Et
apud Homerum Graeci taciti pugnam ineunt, sed vim spirantes, cum barbari
immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius quam viri
150 belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subiicit allegoriam huic similem:
Altissima quaeque flumina minimo sono labi.

145 gnauiter *F-I*: grauiter *C-E*.
150 Q. Curtius *I*: Qu. Curtius *C-H*.

151 minimo *H I*: altissimo *C-G*.

146–147 *Nec Aiaci ... bellare* Nach Ov. *Met.*
XIII, 10 sq., wo Ajax sagt: „Sed nec mihi
dicere promptum / Nec facere est isti (sc.
Vlixi).“

148 Hom. *Il.* III, 2 sqq.
150 Curt. loc. cit. Otto 679; *Nachträge zu*
Otto 57; 271.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA VIII

[4]

HOMERICI VERSVS ALIQVOT PROVERBIALES

Tantum honoris antiquitas habebat Homero, quemadmodum testatur Macro-
bius, vt singuli pene versus illius prouerbii vice celebrarentur. Quorum nos
5 nonnullos sparsim in hoc opere recensuimus, praesertim quos in autorum

2-24 Die hier beginnende Reihe der Homer-Adagien verlangte eine Vorbemerkung. Handelt es sich doch jetzt nicht mehr um echte Sprichwörter, sondern um in bestimmten Situationen anwendbare Zitate. Dabei will Er. durch reichliche Beispiele (die Reihe erstreckt sich über drei Centurien bis *Adag.* 2975) zeigen, wie derartige Zitate verwendet werden können, ohne dabei Vollständigkeit anzustreben und sich damit dem Vorwurf der Pedanterie auszusetzen (ll. 9-13). Die Empfehlungen zum Gebrauch gibt er nach spontanen Einfällen (l. 16 sq.), ohne sich an antike Kommentatoren zu binden. Bei der Auswahl der Anwendungsmöglichkeiten kommt hier, wo in geistreich freiem Spiel die homerischen Situationen auf den bürgerlichen Alltag übertragen werden, der Erasmische Sinn für Witz und Ironie zu voller Geltung. (Dasselbe zeigt an Hand des *Scarabeus* (*Adag.* 2601) und der *Moria* M. Cytowska in ihrer ergebnisreichen Studie *Homer bei Erasmus*, *Philologus* 118 (1974), p. 150 sqq.; cf. zu Cent. VIII auch ihren Aufsatz *Erasmus de Rotterdam, traducteur d'Homère*, *Eos* 63 (1975), p. 341 sqq.) Allerdings erhebt Er. den Anspruch, dass diese Zitate den Charakter von antiken Adagien aufweisen und als solche tatsächlich verwendet werden können (l. 8 sq.). Er beruft sich dafür (l. 3 sq.) auf *Macr. Sat.* V, 16, 6: „Homerus omnem

poesin suam ita sententiis farsit, vt singula eius ἀποφθέγματα vice prouerbiorum in omnium ore fungantur“, eine Stelle, auf die Er. schon im Widmungsbrief zu den *Collectanea* von 1500 (*Ep.* 126, ll. 219-221) hingewiesen hatte.

Den Anfang machen einige Beispiele von Homerziten antiker Schriftsteller: *Adag.* 2701 Lukian, 2702 Plutarch und Lukian, 2703 Diogenes Laertius. In der darauf folgenden Durchmusterung des Homertextes wird auf weitere Zitate hingewiesen: *Adag.* 2706 Gellius, 2734 Aristoteles, 2757 Plutarch, 2782 Cicero, 2801 Plinius *Epist.*, 2829 Lukian, 2831 Cicero, 2951 Lukian. Oder das Zitat wird erst später gefunden: *Adag.* 2753 Platon (1528), 2792 Plutarch (1515), 2801 weiteres Zitat aus Athenaeus (1517), 2873 Plinius *Nat.* (1528), 2970 Plutarch (1515, mit neuem Parallelvers aus dem *Certamen Homeri et Hesiodi*). Ein 1515 neu gefundenes Zitat aus Plutarch bildet als *Adag.* 2975 den Abschluss der gesamten Reihe. Von *Adag.* 2704 bis *Adag.* 2974 wird fortlaufend die ganze *Ilias* und dann die ganze *Odyssee* exzerpiert.

Die Anordnung der Zitate ist so, dass sämtliche Bücher der *Ilias* und der *Odyssee* der Reihe nach durchgegangen werden, aber ohne pedantische Wahrung der Buch- und Versfolge. Dabei ist eine Eigentümlichkeit zu beobachten: Neben fortlaufenden

literis vsurpatos deprehendissemus. Nunc itaque mihi videor facturus operae precium, si ex omni Homericae poesis corpore quosdam seligam versiculos, qui prouerbii speciem ita prae se ferant, vt dubitandum non sit, quin hi certe ex illorum numero fuerint, quos antiquitas adagionum instar vsurpauerit. Quamquam autem nullum fere carmen est huius poetae, quod non possit ad aliquam prouerbii rationem detorqueri, tamen nos e plurimis pauca quaedam decerpere maluimus, partim ne quis nos in re tanquam ascita nimium diligentes dicere posset, partim quod nescio quo modo magis arrident in hoc genere quae sibi quisque velut adoptarit. Itaque sat habuimus in paucis aliquot, quemadmodum accommodari debeant, viam ostendisse. Atque in his ipsis, quanquam eum carminis vsum indicauimus, qui tum nobis scribentibus venisset in mentem, tamen nihil vetuerit, quo minus idem carmen ad varios vsus asciscatur. Neque vero idem permiserim in reliquis poetis, nisi si quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris; sed facit hoc Homeri diuinitas quaedam, vt deceat, quicquid ex illo quocunq[ue] pacto mutuuum sumpseris, etiam si, quod in centonibus fieri solet, ad longe diuersam sententiam verba detorseris. Quanquam autem sciremus his non adfuturam gratiam, nisi quis vsurparet Graece, tamen, ne non intelligerentur a nonnullis, vertimus haec quoque. Sed iam referre incipiemus.

18 quis C-I: quis idem A B.

21 fieri C-I: om. A B.

Zitatenreihen wie

Adag. 2707-33: *Il.* II, 38-VII, 238

Adag. 2757-66: *Il.* XII, 232-XIII, 484

Adag. 2783-93: *Il.* XIII, 264-XIV, 382

stehen rückläufige wie

Adag. 2734-40: *Il.* IX, 319-VIII, 132

Adag. 2741-51: *Il.* X, 135-IX, 374

Adag. 2752-56: *Il.* XI, 793-X, 540

Adag. 2794-2800: *Il.* XVII, 631-302.

Ebenso wechseln in der 9. und 10. Centurie vorwärtslaufende Reihen mit rückläufigen ab.

Besonders auffallend ist der Übergang von der *Ilias* zur *Odyssee*, wo die ersten Zitate aus der *Odyssee* vor den letzten aus der *Ilias* stehen:

Adag. 2836-43: *Od.* I, 411-8, *Il.* XXIV, 524-260.

Nachher folgen von *Adag.* 2848 an *Odyssee*-reihen.

Die Erklärung für diese auffallende Anordnung mag man darin sehen, dass Er. nach längerem fortlaufendem Exzerpieren und Darstellen sich noch einige Stellen auf Zetteln notierte, die er dann in der Reihenfolge bearbeitete, wie sie aufeinander lagen, so

dass das zuletzt notierte Zitat zuerst behandelt wurde usw. Dass die Zettelbündel bei diesem Arbeitsvorgang auch etwa durcheinander gerieten, ist verständlich. Damit wären Reihen erklärt wie etwa *Adag.* 2746-51 aus *Il.* IX in der Abfolge 618; 429; 401; 456; 372; 374 oder *Adag.* 2848-55 aus *Od.* III in der Reihenfolge 335; 236; 231; 480; 127; 147; 48; 26.

Der von Er. gebotene Wortlaut der Verse weicht z.T. nicht unerheblich von unserem Homertext ab. Somit stellt sich die Frage nach dem von Er. benützten Text. 1508 lagen zwei gedruckte Homerausgaben vor, die 1488 in Florenz erschienene *Editio princeps* des Demetrios Chalkondylas und die Aldina von 1504, die ein nur wenig veränderter Nachdruck der *Editio princeps* ist. Es ist von vorneherein anzunehmen, dass Er. in Venedig beide Ausgaben zur Verfügung standen, sowohl die *Editio princeps*, die er noch viel später, um 1525, für seine Bibliothek bestellte (Allen VII, p. 547, Appendix 20), wie auch die handliche Aldina, *Ilias* und *Odyssee* je in einem Oktavband. Tatsächlich stammen in den Homer-Centu-

rien über zwanzig Lesarten, die von der heute anerkannten Textform abweichen, aus einer dieser beiden Ausgaben. Da jedoch die beiden Frühdrucke im Text meist übereinstimmen, lässt sich im einzelnen Fall selten feststellen, welche Ausgabe benützt wurde. Im Kommentar setzen wir für solche Fälle vereinfachend das Siglum „Ald.“. Textvarianten, die sich in beiden Drucken finden, sind z.B. ἔει für εἶη (*Adag.* 2717), μεταμόλια für μεταμόνια (*Adag.* 2722), πάντοσε ἔσση für πάντοσ' εἶσση (*Adag.* 2730), ἐρύκακοι für ἐρύκακεν (*Adag.* 2760), δόσκεν für δόσκον (*Adag.* 2793), θρέπτα für θρέπτρα (*Adag.* 2800), παρὰ ῥητοῖσι für παραρρητοῖσι (*Adag.* 2813) etc.

In den wenigen Fällen, wo die beiden Homerdrucke differieren, geht Er. das eine Mal mit der Aldina zusammen (so *Adag.* 2705 und 2818, wo die Ed. princ. in *Il.* XIX, 166 irrtümlich τε auslässt), das andere Mal mit der Editio princeps (so *Adag.* 2742 und 2816 in den Ausgaben von 1508 bis 1517 (A-C); Lesarten der Ed. princ. finden sich auch in *Adag.* 2053, l. 173 und *Adag.* 2060, l. 309).

Wo Er. von beiden Frühdrucken abweicht, handelt es sich um hinzugesetzte oder weggelassene v ephelkystika, um Ersetzung homerischer Formen durch attische (σοι für τοι, *Adag.* 2703; οὐκ ἀπολείται für οὔποτ' ὀλείται, *Adag.* 2710), um absichtliches Einsetzen des Nominativs in einem verkürzten Zitat (*Adag.* 2788; 2819) oder um blosser Ungenauigkeiten (ἀνδρομένοιο für ἀνδρομένοιο, *Adag.* 2795). Prosodische Fehler, wie sie in den beiden Homerfrühdrucken nicht selten sind, wurden von Er. durch Wortumstellung oder durch Einschleiben fehlender und Weglassen überschüssiger Silben rhythmisch verbessert (*Adag.* 2762a; 2783; 2852; 2862; 2920).

In vielen Fällen wurde die Lesart der Aldina erst 1520 eingesetzt. Hier fassen wir offenbar die Korrekturtätigkeit des um diese Zeit bei Froben beschäftigten Flamen Michael Benti(n)us (Allen, *Ep.* 1433, n.l. 2; Hartmann, *Am. Kor.* Nr. 746, n. 8), über die sich Fr. *Ep.* 1437, ll. 162–164 etwas verärgert aussert. Sein Urteil „M.B. multa deprauavit sua diligentia“ ist jedoch zu scharf. Die Änderungen, die 1520 (D) in den Centurien VIII–X vorgenommen wurden, sind überwiegend eindeutige Textverbesserungen, d.h. Bentius hat manche Kopier- und Druckfehler mit Hilfe der Aldina berichtet (cf. *app. crit.* Cent. VIII, ll. 674;

709; 818; 826; Cent. IX, ll. 460; 561; 576; 613; 633; 669; 749; 767; Cent. X, ll. 46; 97; 136; 287; 514; ferner *Adag.* 2401, l. 35; 2441, l. 775). Andererseits finden sich auch Schlimmbesserungen, so in *Adag.* 2816, wo Bentius das aus der Editio princeps stammende ἑκατόνζυγος durch das schlechtere ἑκατόνζυγος der Aldina ersetzte, oder in dem von Er. beanstandeten Beispiel von *Adag.* 1253 (LB II, 507 A), wo richtiges οἶφ in οἶφ geändert wurde.

Von den nicht wenigen Fehlern, die auch 1520 noch stehen blieben, wurden in den Ausgaben von 1526 (F) und 1528 (G) nochmals manche aus den Homerzitaten getilgt: In F Cent. VIII, ll. 152; 572; 769; Cent. IX, ll. 65; 236; 737; 770; die an den beiden letztgenannten Stellen gebotenen Lesarten entsprechen weder der Aldina noch der Editio princeps. In G Cent. VIII, l. 459; Cent. IX, ll. 150; 307; Cent. X, ll. 129; 241; 467, alle entsprechend der Aldina. Dabei blieben immer noch Fehler stehen, die aus der Aldina hätten verbessert werden können: Cent. IX, l. 236 ὀρώρα: Ald. ὀρώρη; Cent. X, l. 467 τέθλαθι: Ald. τέτλαθι.

Die ganze Reihe der Homer-Adagien 2701–2975 zusammen mit der Einleitung (ll. 3–24) wurde im Jahre 1529 in der lateinischen Fassung ohne den griechischen Text und ohne den Kommentar in Antwerpen von Martin de Keyzere (Caesar) nachgedruckt unter dem Titel *Prouerbia quaedam Homérica D. Erasmi Roterodami labore exquisitissimo e Graeco in linguam Latinam versa, ingenii ac eruditionis plenissima*. Die Kollation nach dem Exemplar der Bibliothek der Stadt Rotterdam ergab, dass als Vorlage nicht die zuletzt erschienene Adagiengabe von 1528 (G), sondern die vorangehende von 1526 (F) benützt wurde. Anstelle eines empfehlenden Vorwortes ist „In laudem prouerbiorum“ ein kurzer Abschnitt aus den Prolegomena der *Adagia* (LB II, 6 AB: „Quod si quem mouet ... quae minima sunt“) abgedruckt. Wahrscheinlich sind die *Prouerbia Homérica* ohne Zustimmung des Er. nachgedruckt worden. Der anstelle der Überschrift *Homérica versus aliquot prouerbiales* (l. 2) gesetzte Titel „Erasmus Roterodamus Studiosis lectoribus“ soll offenbar der Beglaubigung dienen. Weitere Auflagen scheint die Sammlung nicht erlebt zu haben. Cf. dazu auch Reedijk, *Poems*, p. 103 und N. van der Blom, *Erasmiana*, *Hermeneus* 40 (1969), pp. 217–222.

25 [A]

NON PROBANTIS

2701

Ἴδὲ οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ, id est
At non Atridae sic est Agamemnoni visum.

Vsurpatur a Luciano ceu prouerbialiter in Lapithis. Recte vtemur, vbi rem quidem fatebimur honestam factu, verum diuersa placere iis, quorum libido plus valet quam aequitatis ratio. Siue cum quis tyrannico more sequitur non quod dicitur aequitas, sed quod animo collubitum sit. Siue cum vnus aliquis a caeteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ libro primo, vbi et iteratur hic versiculus.

LB 909

31

Ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφύμησαν Ἀχαιοί
 Αἰδεῖσθαι θ' ἱερῆα καὶ ἄγλαα δέχθαι ἄποινα.
 Ἴδὲ οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ,
 Ἴδὲ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. Id est
*At reliquæ Danaum placet hæc sententia turbæ,
 Sacrificio vt habeatur honos ac splendida dona
 Accipiant; at idem hoc Agamemnoni non ita visum est,
 Quin male dimittit ac dicta fera insuper addit.*

40

[A]

REFVTANTIS LAVDEM IMMODICAM

2702

Οὐ τοι ἐγὼ θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν ἔσσκες; id est
Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas?

45

Plutarchus in commentario, cui titulus Quo pacto quis intelligat se profecisse, monet, vt hoc Homericum carmen semper habeamus in promptu tanquam pharmacum aduersus venenum adulationis, aut vbi quis nos magnificentius quam pro merito laudat. Vsurpatur a Luciano in Icaromenippo. [F] Carmen extat Odysseæ II [G] sub persona Vlyssis loquentis ad Telemachum filium.

50

[A]

CAVENTIS CLANCVLARIAS INSIDIAS

2703

Μὴ τίς σοι φεύγοντι μεταφρένω ἐν δόρυ πήξει, id est
Ne quis te a tergo fugientem cuspede figat.

55

Cum significabimus circumspectius agendum, ne quis noceat imprudenti. Diogenes vsurpauit mutata vocula in adolescentem formosum, qui incustodite dormiebat:

Μὴ τίς σοι εὐδοντι μεταφρένω ἐν δόρυ πήξει.

Sunt autem apud Homerum Iliados Θ verba Diomedis Vlysem fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados χ:

- 60 Οὐ μὲν μοι φεύγοντι μεταφρένω ἐν δόρῳ πῆξις,
 'Ἄλλ' ἰθὺς μεμαῶτι διὰ στήθεσφιν ἔλασσον, id est
*Nunquam mi a tergo fugienti infixeris hastam,
 Sed prompto potius aduersa in pectora torque.*

Hoc licebit vsurpare, cum quis non detractat apertum certamen.

[A] IVBENTIS APERTE LOQVI 2704

- 65 Si quem admonebimus, vt proferat doloris aut odii causas neque caelet in animo, non illepide dixerimus illud ex primo Iliados libro:

'Εξάυδα, μὴ κεῦθε νόω, ἵνα εἶδομεν ἄμφω, id est
Eloquitur, ne caelato, quo norimus ambo.

[A] POLLICENTIS SE PROMISSA RE PRAESTITVRVM 2705

- 70 Significantes promissorum fidem non irritam futuram, sed re praestituros nos, quod verbis simus polliciti, vsurpare poterimus versus hos ex eodem libro:

Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν
 Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ τί κεν κεφαλῆ κατανεύσω, id est
*Nec reuocanda nec irrita vanaue dico futura,
 Quaecunq̄ annuero et promisero vertice moto.*

Dicuntur autem a persona Iouis ad Thetidem.

[A] IN ABSVRDE LOCVTVM 2706

Vbi quis videtur absurdum quippiam dixisse siue cum verbum aliquod videbitur per imprudentiam elapsum, quod satius erat reticuisse, locus erit illi,

33 et G-I: non semel A-F.

50 Cauentis B-I: Canentis A, corr. s.

60 στήθεσφιν B-I: στήθεσφιν A.

63 detractat H I: detrectat A-G.

76 Thetidem D-I: Tethidem A-C.

2701

26 *Il. I, 24* aus Lucian. *Conuiv.* 12. In seiner Lukianübersetzung von 1506 hatte Er. den Vers etwas anders wiedergegeben: „Verum Agamemnoniae menti non ista placebant“ (*ASD I, 1, p. 607, l. 11*).

32 *Il. I, 22* sqq.; l. 36 wiederholt *Il. I, 378*.

2702

43 *Od. XVI, 187* (= *Hymn. Ven. 109*) aus Plut. *Mor.* 81 d (οὐ τίς τοι θεός Hom.: οὐ τοι ἐγὼ θεός Plut.).

48 Lucian. *Icar.* 13, dort von Er. 1514 im gleichen Wortlaut übersetzt wie 1508 in den

Adagia (*ASD I, 1, p. 415, l. 1*).

49 *Od.* loc. cit.

2703

51 *Il. VIII, 95* (τοι: σοι Diog. Laert.).

54 Diogenes der Kyniker bei Diog. Laert. VI, 53.

57 *Il.* loc. cit.

58 *Il. XXII, 283* sq.

2704

66 *Il. I, 363*.

2705

71 *Il. I, 526* sq. (ἀτελεύτητον, so auch ed. pr.: ἀτελεύτητόν γ' Ald.).

80 quod pluribus locis apud Homerum reperitur et nominatim Odysseae libro primo:

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; id est
Dentis claustra tui quae vox elapsa reliquit?

85 Laudatur hic versus ab A. Gellio Noctium Atticarum libro primo, capite decimoquinto, [B] qui pulchre admoneat parce loquendum esse, quod natura linguam vallo dentium cinxerit et septo labiorum, cum aures patulas dederit.

[A]

IN SPEM FRVSTRATAM

2707

90 Si quando significabimus aliquem sua spe frustratum ac rem euenisse secus atque ille expectabat, non infestiuiter applicabimus illud ex Iliados libro secundo:

Νήπιος οὐδὲ τὰ ἤδη, ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα, id est
Insipiens, nam Iupiter his diuersa parabat
Ignaro.

LB 910

[A]

INANIS CONATVS

2708

95 Vbi sentiemus frustra sumi operam neque quicquam promoueri diutinis laboribus, non inepte quadrauerit illud ex eodem libro:

Ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι, id est
Pugnam infrugiferamque et inutile ducere bellum.

[A]

ADIVRANTIS SE FACTVRVM ALIQVID

2709

100 Cum adiurabimus nos facturos quippiam, si modo vita non destituat, licet accommodare versiculum ex eodem libro:

Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆι κάρη ὤμοισι ἐπαίη, id est
Posthac ne caput hoc humeris insistat Ulyssis.

Item Iliados quinto:

105 Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμοῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς, id est
Mox caput bocce aliquis mihi barbarus ense recidat.

Nam hoc modo vulgus nostris etiam temporibus deierat. Et nota sunt illa apud Latinos: 'emoriar', 'dispeream'.

[A] QVAE SERO CONTINGVNT, SED MAGNIFICA 2710

110 Quoties intelligi volemus famam aut praemium aliquod serius quidem contingere, verum hoc praestantius ac durabilius, quo diutius dilatatum, vt tarditatem stabilitate perpetuitateque compenset, non alienum fuerit Homericum illud ex Iliados secundo libro vsurpare:

Ἵψιμον ὀψιτέλεστον, ὄου κλέος οὐκ ἀπολείται.

115 Quem versus Cicero ita vertit:

Tarda et sera nimis, sed fama et laude perenni.

Verba sunt Chalcantis animum addentis Graecis, vt perdurent: quanquam enim victoria belli decimo demum anno contigerit, eius famam tamen immortalem fore.

120 [A] CONSVLENDVM ET CONSILIIS PARENDVM 2711

Cum admonebimus quempiam, vt vicissim et rectum consilium aliis det et ab aliis accipiat, aut vt et secum rem diligenter perpendat et alienam sententiam auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex eodem libro:

Ἄλλὰ, ἄναξ, αὐτὸς δ' εὖ μῆδεο, πείθεό τ' ἄλλω, [B] id est

125 *Ipse age, rex, bene consulito et pareto vicissim.*

[A] NON INTERPELLANDVS FAMELICVS 2712

Quoties innuemus non esse confabulandi ocium, nisi prius placauerimus latrantem et iratum, vt ait Horatius, ventrem, aut vbi significabimus aliquem,

80 reperitur G-I: repetitur A-F.

84 A. Gellio I: Aulo Gellio A-H; primo F-I: sexto A-E.

85 decimoquinto F-I: secundo A-E.

93 Ignaro C-I: om. A B.

110 serius B-I: seruis A, corr. s.

115 ita B-I: om. A.

117 vt H I: vti A-G.

2706

80 *Od.* I, 64; ebenso V, 22; XIX, 492 u.ö.

84 *Gell.* I, 15, 3 sq.

86 *cum ... dederit* Zusatz von Er.

2707

89 *Il.* II, 38.

2708

96 *Il.* II, 121.

2709

101 *Il.* II, 259 (ἔμοισιν).

104 *Il.* V, 214 (ἔμειο).

107 *vulgus nostris etiam temporibus* Suringar 5, p. 5 aus Sartorius (1561): „Die cop wil icker ondersetten“.

108 'emoriar', 'dispeream' Suringar loc. cit. gibt auch für die lateinischen Ausdrücke die Belege: *emoriar* Ter. *Eun.* 888 („moriar“ Cic. *Att.* VIII, 6, 3); *dispeream* Catull. 92, 2 und 4. Hor. *Serm.* I, 9, 47. Prop. II, 21, 9. Martial. X, 11, 3. Ausserdem Suet. *Tib.* 59: „Dispeream, si te mater amare potest.“

2710

113 *Il.* II, 325 (οὐ ποτ' ὀλείται).

115 Cic. *Div.* II, 64.

2711

123 *Il.* II, 360.

2712

128 Hor. *Serm.* II, 2, 17 sq.; 8, 5.

130 simulatque sit assecutus, quod expetebat, iam ad alia conuerti, non inepte proferemus versiculum hunc [F] et eodem libro et alias [A] apud Homerum solennem:

Ἀὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο, id est
At postquam his potus exempta cupido cibique.

[B] Id Vergilius ita reddit:

135 *Postquam exempta fames et amor compressus edendi.*

[A]

INGENS RERVM MVLTVDO

2713

Cum admirandam hominum aut rerum seu malorum multitudinem indicare volumus, congruet illud ex eodem libro [G] crebroque alias:

140 [A] Ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρη,
 Ἡὺ γε μυριάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά, id est
Quot frondes et quot sunt verno tempore flores,
Vtque globatarum muscarum examina multa.

[A]

QVAE DIVINITVS CONTINGVNT

2714

145 Qui dicet quippiam non cuiuis contingere, quisquis optat, sed diuinitus dari, velut ingenium, formam, vires, vsurpare poterit Homericum illud ex Iliados libro iii.:

Ἐκὼν δ' οὐκ ἂν τις ἔλοιτο, id est
Non quisquis volet illa ferat.

150 Dicuntur ab Alexandri persona ad Hectorem, qui illi comam, formam et imbellem citharam opprobrarat:

Οὐκ ἂν τοι χαίσιμη κίθαρις τά τε δῶρ' Ἄφροδίτης,
 Ἡ τε κόμη τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίησι μιγείης, id est
Nil tibi profuerint cantusque et dona Diones
Vel coma vel species in puluere congreganti.

155 Ad id ita respondet Paris:

Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσῆς Ἄφροδίτης·
 Οὐ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
 Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἐκὼν δ' οὐκ ἂν τις ἔλοιτο. Id est
Ne mi opprobaris Citherae optabile donum.
 160 *Haudquaquam aspernanda deum pulcherrima dona,*
Quae vltro dant; neque mox si quis velit, auferet illa.

1.B 911

[F] Refert Laertius Cynicum Diogenem reprehensum, quod accepisset munera

ab Antipatro, respondisse versu Homerico, quem modo retuli: Οὐ τοι ἀπόβλητ' etc.

165 [A]

IN SENEM LIBIDINOSVM

2715

In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob aetatem, verum oratione valent, veluti si quis taxare velit *veruecem*, vt ait Plautus, *vetulum*, turpiloquum quidem, caeterum ad Veneris vsum languidum, apposite dixerit illud ex eodem libro:

170 Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταί
'Εσθλοί, id est
Iam ob senium bello emeriti, sed dicere tantum
Egregii.

175 Qualem in quarto facit Tydei filium χέρεια μάχη, ἀγορηὶ δέ τ' ἀμείνω, id est *inferiorem pugna, sed dicendo priorem.*

[A]

FATIS IMPVTANDVM

2716

Cum hominem quempiam culpa liberabimus eamque vel in fatum vel in fortunam reiiciemus, vsurpare licebit, quod inibi dicit Priamus ad Helenam:

180 Οὐτι μοι αἰτία ἐσσί, θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, id est
Nil tibi ego imputo, verum ipsis magis imputo diuis.

132 ἐδητύος B-I: ἐδητύος A.

137 admirandam B-I: admirandum A, corr. s.

139 τε F-I: om. A-E.

144 Qui A-G: Quae H I.

148 illa E-I: ille A B, ire C D.

150 opprobrarat B-I: opprobarat A, corr. s.

152 τό τε F-I: τό τι A-E.

156 Ἀφροδίτης B-I: ἀφροδίτης A, corr. s.

159 opprobraris B-I: opprobaris A, corr. s.

161 vltro G-I: ipsi A-F.

177 Cum A-H: Dum I.

179 Οὐτι A B: οὐ τοι C-I.

180 Nil A-H: Nihil I.

130 Il. II, 432; I, 469; Od. I, 150 und oft.

134 Verg. Aen. VIII, 184. Das homerische Vorbild des Vergilverses verzeichnet Macr. Sat. V, 8, 5.

2713

138 Il. II, 468 sq. (ἦ ἤ τε μοιάων). In den neueren Ausgaben steht am Versende l. 139 ein Punkt, in der Aldina dagegen ein Kolon, in der Ed. princ. keine Interpunktion, wodurch der Eindruck entsteht, die beiden Verse gehörten zusammen.

alias Nur Od. IX, 51.

2714

145 Il. III, 66.

151 152 Il. III, 54 sq.

156-158 Il. III, 64 sqq.

162 Diog. Laert. VI, 66. Cf. Er. Apophth. III, Diogenes 187, LB IV, 188 EF.

2715

167 Plaut. Merc. 567: *verueex*; dcr so angesprochene Demipho wird vorher (314) als „*vetulus decrepitus senex*“ bezeichnet.

168-169 Il. III, 150.

174 Il. IV, 400.

2716

178 inibi Il. III, 164.

[A]

DIV DISSIMVLATVM APERIENTIS

2717

In eum, qui quod diu dissimulauit tandem iritatus eloquitur, non inconcinne detorquebitur illud, quod in eodem loco dictum est de Vlyse:

185 Ἄλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὕπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἴει, id est
Ast vbi iam promit praegrandem e pectore vocem.

[A]

PERTINAX CONTENTIO

2718

Quoties ostendemus obstinatam ac muliebrem aequalium inter ipsos contentionem, cum neuter altero vult inferior videri, conueniet illud, quod Iliados libro quarto Iuno dicit ad Iouem:

190 Καὶ γὰρ ἐγὼ θεὸς εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν ὄθεν σοί, id est
Ipsa etiam dea sum, genus inde mihi, vnde tibi ortus.

[A]

CVM VTERQVE CONCEDIT ALTERI

2719

Rursum cum omissa contentione vterque alteri concedit, locus erit ei, quod eodem statim loco consequitur:

195 Ἄλλ' ἤτοι γὰρ ταῦθ' ὑποείζομεν ἀλλήλοισιν,
 Σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δέ μοι, id est
*Quin magis alteri in his rebus cedamus vterque,
 Tu mihi, contra ego deinde tibi.*

[A]

ADAMANTIS TENERE

2720

200 In eum, qui tenere diligit quempiam vel adamat magis, ita vt non patiatu-
 leuissimis incommodis a quoquam affici, non inscite torseris illud ex eodem
 libro:

205 Ὡς ὅτε μήτηρ
 Παιδὸς ἐέργει μυῖαν, ὅθ' ἠδέι λέξεται ὑπνω, id est
*Non secus atque genitrix
 Muscam arcet puero somno officiosa cubanti.*

[F] Dictum de Pallade curante vulnus Menelai.

[A]

CONTEMNENTIS DICTERIVM

2721

210 Si quando significabimus nos scommate seu contumelia leuiter commoueri nec
 altius in animum demittere, congruet illud ex Iliados eodem libro quarto:

Οὐκ ἐν καιρίῳ ὄξυ πάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθεν
 Εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος, ἡ δ' ὑπένερθεν
 Ζῶμά τε καὶ μίτρῃ, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες, id est
At missum non transiit ad vitalia telum,
 215 *Sed summa in cute baltheus arcuit impositoque*
Lamineae squamae, quas huic faber addidit, aere.

[A]

MALORVM OBLIVIO

2722

Qui deprecabitur omen aliquod parum faustum aut qui iubebit obliterari
 memoriam malorum, non intempestiuite vsurpabit illud ex eodem libro:

220 Τὰ δὲ πάντα θεοὶ μεταμῶλια θεῖεν, id est
Irrita dii superi ventis haec omnia tradant.

[A]

EX MINIMIS INITIIS MAXIMA

2723

Ad indicandum maximas simultates nonnunquam ex leuissimis iniuriolis nasci,
 non secus atque ex minutissima scintillula grauissimum incendium, mire
 con gruēt illud ex eodem libro de Eride, id est dea Contentione:

226 "Η τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
 Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει, id est
Quae primum exigua surgit, verum ilico coelum
Attingit capite, in terris vestigia ponens.

183 in G-I: om. A-F.

189 quarto F-I: tertio A-E.

190 id est B-H: om. I.

195 γὰρ C-I: μὲν A B; ὑποεἴξομεν A-H:
 ὑπεἴξομεν I.

203 'Ως A-C H I: δς D-G.

206 Muscam A-F: Muscas G-I.

210 eodem F-I: om. A-E.

221 Irrita ... tradant F-I: Haec omnia red-
 dant irrita diui A B, Ventis haec omnia
 tradant Irrita diui C-E.

2717

183 Il. III, 221 (δὴ ὅπα ... εἴη: δὴ ῥ' ὅπα ... ἔει
 Ald.)

2718

189 Il. IV, 58.

2719

194 Il. IV, 62 sq. (ἀλλήλοισι).

2720

201-202 Il. IV, 130 sq. (ἔεργη: ἔεργει Ald.).

2721

210 Il. IV, 185 sqq. (ἡδ' ὑπένερθε: ἡδ' ὑπέ-
 νερθεν Ald.).215 *impositoque* Das Partizip ist mit *aere*
 (l. 216) zu verbinden, falls es nicht fälsch-
 lich für „impositaeque“ steht. Die merk-
 würdige Wiedergabe von *μίτρῃ* beruht
 wohl auf dem z.T. missverstandenen Schol.

zur Stelle.

2722

219 Il. IV, 363 (μεταμῶνια: μεταμῶλια Ald.).

2723

225 Il. IV, 442 sq.

228 *exigua* Dehnung kurzer Schlussilben in
 Arsis vor der Caesur ist eine Freiheit, die
 Er. mit Berufung auf Homer im Wid-
 mungsschreiben der Adagiengausgabe von
 1508 an William Mountjoy (Ep. 211,
 ll. 73-80) ausdrücklich für sich in Anspruch
 nimmt. Er macht von dieser Freiheit reich-
 lich Gebrauch: *Adag.* 2725 *aliquis*; 2761
animús; 2780 *dedit*; 2785 *feriát*; 2800 *offi-*
ciá; 2812 *Herculeá*; 2826 *facinús*; 2849
hominé etc.

230 Hunc locum Vergilius Aeneidos quarto detorsit ad Famam:

*Parua metu primo, mox sese attollit in auras
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit.*

[A]

DIVERSARVM PARTIVM

2724

235 Qui volet innuere Metium quempiam et cum vtraque parte colludentem aut
aduocatum praeuaticatorem aut proditorem ducem, non ineleganter vsurpauerit
illud ex Iliados libro v.:

Τυτείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,
'Ἢε μετὰ Τρώεσσιν ὀμιλέοι ἢ μετ' Ἀχαιοῖς, id est
*Porro Tytiden minime dignoscere possis,
Troianosne inter versetur an inter Achiuos.*

240

[A]

ALIENO FEROX PRAESIDIO

2725

245 Si quaeras innuere, quod ferox sit quispiam et improba moliatur, id eum non
facere domesticis viribus fretum, verum alicuius potentioris fultum praesidio,
qui clanculum illi suppeditat et animum et opem, [C] quemadmodum vulgus
nostratum suspicatur ducem Gelriae tot iam annos negocium facessere nobis,
dissimulatis Gallorum suppetiis, [A] illud accommodes licebit eodem ex libro:

Οὐχ ὁ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, ἀλλὰ τις ἄγχι
Ἔσσηκ' ἀθανάτων νεφέλη εἰλυμένος ὤμους, id est
*Ista quidem hic nequaquam audet sine numine, verum
Adstat diuum aliquis humeros caligine tectus.*

250

[A]

FORTVNA PRORSVS ADVERSA

2726

Cum res bonis instituta consiliis tamen male cedit, illud apposite dixeris ex
eodem libro:

Θεός νύ τις ἔστι κοτήεις, id est
Infensus deus est aliquis.

255

Item in Z:

'Ἄλλ' ὅτε δὴ κάκεινος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι, id est
Ille vbi iam inuisus diuis etiam omnibus esset.

[A]

ARRIPE NEGOCII CVRAM

2727

260 Admonentes aliquem, vt diligenter negocium capessat et gnauiter rem
aggrediatur, vtemur hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hortatur aurigam
suum:

- 265 Ἄλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἤνία σιγαλδόντα
 Δέξαι, id est
*Quin age nunc scuticamque manu depictaque lora
 Corripe.*

[A] REIICIENTIS AVTOREM FORMIDINIS 2728

Territanti metumque inanem iniicienti versum hunc occinere licebit, quo Sthenelum ibidem alloquitur Diomedes:

- 270 Μή τι φόβονδ' ἀγόρευε, id est
Ne trepidandi autor mihi sis.

[A] OMNI CONATV INVADERE 2729

Si quem significabimus totis viribus tendere in quempiam oppugnandum, conueniet illud ex eodem libro:

- 275 Αἰνείας δ' ἐπόρουσε σὺν ἀσπίδι δουρί τε μακρῶ, id est
Obuius Aeneas clypeoque insurgit et hasta.

[A] SVMMA VI DEFENDERE 2730

Rursum si quis alterum summa vi tuebitur, quadrabit quod proxime eo consequitur loco:

247 Οὐχ *A-G*: Οὐκ *H I*.

252 cedit *B-I*: caedit *A*, corr. s.

270 Μή τι *A-C*: Μή τοι *D-F*, μήτε *G-I*.

275 Αἰνείας *B-I*: Αἰρέας *A*; ἐπόρουσε *B-I*:
 ἐπόροσε *A*.

230 Verg. *Aen.* IV, 176 sq. Die Nachbildung der beiden Homerverse ist von Macr. *Sat.* V, 13, 31 verzeichnet: „Homerus Ἐριν. id est Contentionem, a paruo dixit incipere et postea in incrementum ad caelum vsque succrescere. Hoc idem Maro de Fama dixit, sed incongrue.“

2724

234 *Metium* Mettius Fufetius, der verräterische Dictator von Alba Longa, Liv. I, 27, 4 sqq. (die Schreibung *Metius* Flor. I, 3, 8).

236 *Il.* V, 85 sq. (Τυδείδην: das fehlerhafte Τυτείδην ist in der Übersetzung *Tytiden* wiederholt).

2725

245 *ducem Gelrae* Karl vbn Egmont, Herzog von Geldern (gestorben 1538), in ständigem Streit mit den Niederlanden, unterstützt von Frankreich (Allen, Epp. 584, n.l. 35

und 3119, n.l. 31). Die lange Dauer des Kriegs mit Geldern wird von Er. auch Ep. 549, l. 23 sq. (vom 10. März 1517) und *Inst. princ. christ.*, ASD IV, 1, p. 185, l. 608 sq. (im J. 1516) beklagt, fast gleichzeitig mit diesem Zusatz C (1517).

246 *Il.* V, 185 sq.

2726

253 *Il.* V, 191.

256 *Il.* VI, 200.

2727

261 *Il.* V, 226 sq.

2728

269 *Il.* V, 252.

2729

274 *Il.* V, 297 (ἀπόρουσε: ἐπόρουσε Ald.).

2730

279 *Il.* V, 300 (πάντοσ' εἶσην: πάντοσε ἴσην Ald.).

- 280 Πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε καὶ ἀσπίδα πάντοσε ἴσην, id est
Vndique texit eum lancea clypeoque rotundo.

[A]

AEQVA CONCERTATIO

2731

Cum significabimus duos ex aequo paratos ad disceptandum rixamue, licebit accommodare carmen illud ex eodem libro:

- 285 Τὼ μὲν δὲ χεῖράς τε καὶ ἔγχεα ὀξύεοντα
 Ἄντιον ἀλλήλων ἐχέτην μεμαῶτε μάχεσθαι, id est
*Illi inter sese iamiam pugnare parantes
 Obtendunt pariterque manus praeacutaque pila.*

LB 913

[A]

INCITARE CVRRENTEM

2732

- 290 Qui significabit instigari quempiam ad id, ad quod suapte sponte propendet, vsurpabit illud ex eodem libro, quanquam et alias apud eundem poetam occurrit:

Μάστιξεν δ' ἵππους, τῷ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην, id est
Caedit equos scutica, ast illi vel sponte volabant.

- 295 Sumptum ab aurigis.

[A]

AD VTRVMVIS PARATVS

2733

Hominem ad vtranque fortunam instructum, ludicris pariter ac seriis accommodatum, aut qui norit cum bonis pariter ac malis conuenire, notabimus hoc carmine, quod est in Iliados H:

- 300 Οἷδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἷδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν, id est
Noui equidem clypeum dextra laeuaque mouere.

[A]

NVLLVS DELECTVS

2734

Aristoteles libro Politicorum secundo refert hunc versiculum ceu vulgo celebrem:

- 305 Ἐν δ' ἰῆ τιμῆ ἡμὲν κακὸς ἡδὲ καὶ ἐσθλός, id est
Par honor ignauique viro et virtute valenti.

- 310 Quo licebit vti, si quando significabimus nihil esse discriminis inter eruditum et impostorem, inter benemerentem et malemerentem, inter probum et improbum. Verba sunt Achillis stomachantis, quod sui ratio non esset habita ab Agamemnone, cum esset omnium multo fortissimus. Hoc loco lapsus est interpres Leonardus Aretinus, vir ille quidem tum dóctus, tum eloquens, sed

homo tamen. Sic enim vertit carmen Homericum: *Honori incumbit tam ignauius quam bonus*, [C] nimirum deceptus ab eo, qui libros eos illi praelegerat. Nec animaduertit ἢ positum pro μιᾶ.

315 [A]

MVNERIBVS RES AGITVR

2735

Qui dicet non esse locum recte factis et aequis rationibus, sed largitione et assentatione rem omnem peragi, poterit illud accommodare ex Iliados I:

Δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν ἔπεσσί τε μελιχίοισι, id est
Et donis permagnificis et lenibus dictis.

320 Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

[A]

FRVSTRATVS CONATVS

2736

Qui spe frustratus sua non assequitur id, quod ambiebat, in hunc non incongrue torquebitur illud ex Iliados Θ:

325 Βαλέειν ὁ δὲ ἔτεο θυμός,
 Καὶ τοῦ μὲν ῥ' ἀφάμαρτο, id est
Animus cupiit configere telo,
Verum illum fallente manu non attigit.

[G] Rursus alias:

330 Ἴλλ' ὁ γε καὶ τόθ' ἄμαρτε, id est
Verum et tunc ille fefellit.

283 significabimus B-I: significantes A.

286 ἐχέτην B-I: ἐχῆτην A.

291-292 ex eodem ... occurrit G-I: apud Homerum perquam frequens A-F.

293 δ' ἔππους A-G: ἔππους H I.

2731

284 Il. V, 568 sq.

2732 Cf. *Adag.* 146 (Currentem incitare) und 147 (Calcar addere currenti). Otto 486.

291 Il. V, 768 (ἀέκοντε: ἄκοντε Ald.) = XI, 519.

2733

299 Il. VII, 238.

2734

303 Aristot. *Pol.* II, 1267 a 1.

305 Il. IX, 319 (ἐν δὲ ἰῆ: ἐν δ' ἰῆ vulg. Aristot. loc. cit.).

311 *Leonardus Aretinus* Leonardo Bruni; seine Übersetzung der Aristotelischen *Politica* wurde seit 1475 (Strassburg) oft gedruckt: 1489 Paris, 1492 Rom, 1506 Paris usw.

294 Caedit B E-I: Cedit A [corr. s] C D.

298 conuenire G-I: coniuere A-F.

300 alt. οἰδ' B-I: οἰδ' A, corr. s.

312 Honori B-I: Honore A.

313 ab eo, qui ... praelegerat Wahrscheinlich Filelfo, cf. G. Voigt, *Die Wiederbelebung des class. Alterthums* II, Berlin, 1893³, p. 168 sq.

2735

317 Il. IX, 113.

319 *permagnificis* Das Wort ist nur aus der *Vulgata* (*Esth.* 2, 18) belegt. Er. scheint es hier neu gebildet zu haben.

2736

323 Il. VIII, 301 sq. (βαλέειν δὲ ἔτεο). Durch die Änderung in ὁ δὲ ἔτεο geht das Objekt (ἐ) von βαλέειν verloren, was sich in der Übersetzung auswirkt.

325 ἀφάμαρτο Damit löst Er. ἀφάμαρθ' (so Ald.) unrichtig auf; richtig wäre ἀφάμαρτε.

328 Il. VIII, 311.

330 *fefellit* Für ἄμαρτε unpassend, wie Stepha-

[A]

ALIENO AVXILIO POTENTES

2737

Qui alienis praesidiis freti facinus aliquod egregium aut qui alieni praetextu nominis aliquid faciunt, in eos apposite torquetur ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teucro fratre Aiacis Telamonii. Nam is sub fraterno latitans
335 clypeo sagittas aliquot mittit in Troianos:

Στῆ δ' ἄρ' ὑπ' Αἴαντος σάκει Τελαμωνιάδαο, id est
Constitit Aiacis clypeo septempllice tectus.

[A]

CAVENDVM A POTENTIORE

2738

Qui se negabit rem habere velle cum homine longe potentiori qui que
340 magnopere possit laedere, recte accommodauerit illud eodem e libro:

Οὐ γὰρ ἐγὼ γ' ἐθέλωμι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι, id est
Cum Ioue ego sane nolim certamen inire.

[A]

SVBITVM REMEDIVM PERICVLI

2739

Cum indicabimus rem in extremum discrimen adductam actumque fuisse, ni
345 subita salus ceu deo quopiam immissa protinus affulsisset, illud ex eodem libro
[F] tum alias saepe [A] conueniet:

Εἰ μὴ ἄρ' ὄξυ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, id est
Ni ilico sensisset genitor diuumque hominumque.

LB 914

[A]

PERPLEXVS ANIMI QVE CONSTERNATI

2740

In eum, qui periculoso negotio consternatur animo nec rationem inuenit, qua
350 explicet sese, quadrabit illud ex eodem libro:

Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἦνία σιγαλόεντα, id est
Fugere e manibus mirandae Nestori habenae.

[A]

LITEM INCIPERE

2741

In eum, qui iam prouocatus aggreditur conuiciis agere, congruet illud ex
355 Iliados κ:

Ἐίλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ἀκαχμένον ὄξει χαλκῶ, id est
Hastam corripuit robustam cuspide acuta.

Cui diuersum illud *Hastam abiecit*, quod alibi retulimus ex Cicerone.

360 [A]

IN FORMIDOLOSVM

2742

In hominem vehementer pauidum animoque consternatum quadrabunt hi versus ex eodem libro:

Οὐδέ μοι ἦτορ
 Ἐμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτῃμαι, κραδίη δέ μοι ἕξω
 365 Στηθέων ἐκθρώσκει, τρομέει δ' ὑποφαίδιμα γυῖα, id est
Nec mihi mens constat, sed mota vacillat, et extra
Pectus cor salit, et trepidant quoque corporis artus.

Dicuntur autem haec ab Agamemnone populo metuente.

[A]

BLANDIVS ALLOQVI

2743

370 In eum, qui blandius et honorificentius compellat aliquem, gentilitiis etiam praenominibus additis, *Quinte puta aut Publi*, videlicet quo gratiam aliquam ineat apud illum, recte torquebitur illud, quod eodem in libro dictum ab Agamemnone iubente Menelaum blandiri copiis Graecorum:

375 Πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον, id est
Compellans patris ac gentis cognomine quenque.

[A]

INEXORABILIS

2744

In exoratu difficilem ac prae fractum suoque relinquendum ingenio siue in eum, cuius operam nihil moramur, apposite torquebitur, quod Iliados I Diomedes dixit in Achillem, qui legatos et Agamemnonis dona reiecerat:

334 Telamonii F-I: Salaminii A-E.

339 se B-I: sese A, corr. s.

344 adductam B-I: adductum A, corr. s.

364 ἀλαλύκτῃμαι D-I: ἀλύκτῃμαι A-C.

375 Compellans A-H: Compellant I.

nus anmerkt. Er. stand unter dem Eindruck des vorausgehenden *fallente manu*.

2737

333 *Il.* VIII, 267.337 *septemplace* Nach *Il.* VII, 219 sqq.

2738

340 *Il.* VIII, 210 (οὐκ ἄν ἔγωγ').2739 Cf. *Adag.* 68 (Deus ex improviso apparens).345 *Il.* VIII, 132.346 *alias Il.* VIII, 91 (Diomedes); V, 312 (Aphrodite); 680 (Hektor); XX, 291 (Poseidon).

2740

351 *Il.* VIII, 137.

2741

356 *Il.* X, 135.359 *Adag.* 881 aus Cic. *Mur.* 45.

2742

362 *Il.* X, 93 sqq. (ὕπὸ φαίδιμα, auch Ald.: ὑποφαίδιμα ed. pr.).

2743

370 *gentilitiis* Sc. nominibus (Dativ): „Indem er zum Familiennamen noch den Vornamen hinzufügt“.371 *Quinte ... Publi* Hor. *Serm.* II, 5, 32.372 *Il.* X, 68.2744 Cf. *Adag.* 2972 (Inexorabilis).378 *Il.* IX, 701 sq.

- 380 Ἄλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἔασομεν, ἢ κεν ἴησιν
 Ἦ κε μένη, id est
Quin magis ipsius hunc animo ingenioque sinamus,
Sive venire velit sive hic remanere.

[A]

AVSCVLTA ET PERPENDE

2745

- 385 Quoties significabimus nos aliquid dicturos, quod ad rem pertineat quodque
 ratum ac certum futurum sit, conueniet illud ex eodem libro, quanquam et
 alias apud eum poetam saepius obuium:

Ἄλλο δέ τοι ἔρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι, id est
Imo aliud quiddam, tu mente recondito, dicam.

390

[A]

NON STATIM DECERNENDVM

2746

Qui significabit interponendam moram, priusquam decernatur, et rem in
 posterum diem reiiciendam, accommodabit illud ex eodem libro, quod
 Phoenici cum legatis ad reconciliandam gratiam misso ab Agamemnone
 respondit Achilles:

- 395 Ἄμ' ἡοῖ φαινομένηφι / Φρασσόμεθα, id est
Aurora ubi crastina surget, / Consultabimus.

Hinc apparet sumptum celebre Graecis prouerbium Ἐν νυκτὶ βουλή, id est *In
 nocte consilium*, quod alio diximus loco.

[A]

NEMO COGENDVS AMICVS

2747

- 400 Cum innues aliquem non esse ad negotium accersendum praeter animi
 sententiam aut non esse collocandum officium in eum, qui nec agnoscat nec
 accipiat libenter, accommodum fuerit, quod eodem in libro de Phoenice dixit
 Achilles:

- 405 Ἦν ἐθέλησιν· ἀνάγκη δ' οὐ τί μιν ἄξω, id est
Si volet; inuitum hunc haudquaquam abduxero quoquam.

[A]

OMNIBVS ANTEVERTENDA VITAE CVRA

2748

Qui dicet omnia posthabenda, quo vitae consulamus, accommodabit illud ex
 eodem libro:

- 410 Οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον οὐδ' ὄσα φασὶν
 Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὖ ναιόμενον πτολίεθρον,
 LB 915 Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, id est

*Nullum equidem precium cum vita confero nec cum
Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis
Urbs opulenta tenebat, uti fama est.*

415 Moxque causa redditur, quod vna vita neque reuocari neque sarciri possit, simulatque semel dentes reliquerit:

Ἄνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἔλθειν οὔτε ληϊστὴ
Οὔθ' ἔλετή.

[A]

EVENIT MALO MALE

2749

420 Cum scelerato cuiquam euenit, quod omnes imprecabantur et optabant, locus erit illi ex eodem libro:

Θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς, id est
Explerunt inimica precamina diui.

425 Verba sunt Phoenicis narrantis omnia mala accidisse sibi, quae pater olim fuerat imprecatus.

[A]

NEC DIGNVS, QVI ME INTVEATVR

2750

Qui contemnet omnino quempiam ut ignauum multoque sese inferiorem, non ineleganter illud ex eodem libro detorserit, quod in Agamemnonem dixit Achilles:

430 Οὐδ' ἂν ἔμοιγε
Τετλαίη κύνεός περ ἔων εἰς ὄπα ιδέσθαι, id est
*Haud ille quidem ausit,
Quamuis perfrixa sit fronte, mihi ora tueri.*

383 hic B-I: om. A.

393 Phoenici cum F-I: om. A-E; misso F-I: missis A-E.

395 ἦοι B-I: ἡκεῖ A, corr. s; φαινομένηφι B C:

φαινομένηφι A, corr. s, φαιναμένηφι D-I.

409 φασίν A-H: φασίν id est I.

417 οὔτε B-I: om. A, restituit s.

428 dixit G-I: ni fallor, dixit A-F.

2745

386 H. IX, 611 = I, 297; IV, 39; V, 259 etc.

2746

392 H. IX, 618 sq. (ἄμα δ' ἦοι).

397-398 Adag. 1143.

2747

402 H. IX, 429.

2748

408 H. IX, 401 sqq.

412-413 nec cum Iliacis opibus Sinn-gemäss wäre „neque Iliacas opes“.

417 H. IX, 408 sq. (ληϊστὴ: ληϊστὴ Ald.) ...

Οὔθ' ἔλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἔρκος ὀδόντων.

2749

421 H. IX, 456.

2750

428 H. IX, 372 sq.

435 Quod idem etiam hodie vulgo dictitant. Est autem indicium animi conscii, non audere recta faciem intueri eius, quem laesis. Hinc est, quod Menelaus in Iphigenia Aulidensi iubet imprimis, vt Agamemnon obtueatur sese, videlicet inde facti collecturus primum argumentum.

[A]

CAVENDVM AB EO, QVI SEMEL IMPOSVIT

2751

440 Qui se negabit habere velle commercium cum eo, a quo semel sit deceptus, vsurpabit illud ex eodem libro:

Οὐδέ τί οἱ βουλὰς συμφράσσομαι οὐδὲ μὲν ἔργον·
 Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιπεν· οὐδ' ἂν ἔτ' αὖτις
 Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν, ἄλις δέ οἱ, ἀλλὰ ἐκηλος
 Ἐρρέτω. Id est

445 *Hoc ego cum nihil aggrediar, neque enim expedit vnquam;
 Quippe vbi frustratus semel est ac fraude fefellit,
 Non iterum mihi verba dabit stulto, semel illi hoc
 Sit fecisse satis, quin posthac ille quiescat
 Ac valeat.*

450 [A]

AMICORVM EST ADMONERE MVTVVM

2752

Sententia prouerbialis videtur, quam legimus Iliados Λ:

Ἄγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστὶν ἑταίρου, id est
Bonus est affatus amici | Admonitoris.

455 Hanc licebit vsurpare, si quando dicemus amici munus esse, vt amicum, si quid erret, liberius admoneat.

[A]

VNVS MULTORVM INSTAR

2753

Quod eodem in libro dictum est in laudem medici, idem torqueri poterit ad quencunque virtute praestantem. Carmen est huiusmodi:

460 Ἴητρος γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, id est
Vir medicus multis aliis aequandus honore est.

[G] Festiuiter hoc in Eryximachum torquet Alcibiades, cui iubenti negat se posse obsistere, quod vir medicus multorum instar sit. Festiuus erit, si transferatur ad res animi. Veluti Plato libro De republica quarto: Ἐὰν τὸ λεγόμενον ἐν μέγα φυλάττωσι, id est *Si illud vnum magnum quod dicitur serauerint.*
 465 Indicat illud ἐν μέγα fuisse prouerbiale. Vide prouerbium *Multa nouit vulpes* etc. Idem admonet elegantissima parabola Euangelica de precioso margarito et de thesauro in agro. Bona mens igitur πάντων ἀντάξιος ἄλλων, et eruditio et bona fama πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

[A]

CONTEMNENTIS INIMICVM

2754

470 Qui negabit se commoueri conuiciis alicuius hominis contempti, non inscite deflexerit id, quod eodem libro dicit Diomedes:

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι ἢ πάϊς ἄφρων·
 Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάγκιδος οὐτιδανοῖο. Id est
Haud curo magis, ac si foemina siue quis infans
 475 *Me iaculo peteret, siquidem viri inertis et ipsa*
Irrita tela volant.

LB 916

[A]

IN VOTI COMPOTEM

2755

480 Vbi quis assecutus est, quod affectabat captabatque, veluti si quis sacerdotii spe munus principi mitteret eoque sacerdotio fauore principis potiretur, quadrabit illud ex eodem libro:

Καὶ βάλεν, οὐδ' ἄρα μιν ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρός, id est
Attigit, eque manu non irrita missa sagitta est.

[A]

LVPVS IN FABVLA

2756

485 Cum forte fortuna in medio sermone interuenit is, cuius mentio fiebat, conueniet illud ex Iliados K:

Οὕτω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτ' ἄρ' ἤλυθον αὐτοί, id est
Iamque aderant ipsi nondum sermone peracto.

441 τὴ B-I: τοὶ A, corr. s; συμφράσσομαι A:
 συμφράσσομαι s B-I.

443 Ἐξαπαφοῖτ' A-F: Ἐξαπάφοι G-I.

450 mutuum B-I: mutum A, corr. s.

459 Ἰητρὸς G-I: Ἰατρὸς A-F.

482 eque C-I: eaque A, eique B.

434 *etiam hodie vulgo dictitant* Suringar 129, p. 234 aus Tappius (1539): „Er darff mich nit recht ansehen.“

436 Eur. *Iph. A.* 320. Er. übersetzt den Vers in seiner lateinischen Ausgabe der Tragödie (Paris, 1506 und Venedig, 1507) folgendermassen: „Aspice in nos recta, vt hoc capiam loquendi exordium“ (*ASD* I, 1, p. 290, l. 407).

2751

440 *Il.* IX, 374 sqq.

2752

451 *Il.* XI, 793.

2753

457 *Il.* XI, 514. Cf. *Adag.* 713 (*Nec vno dignus*), *LB* II, 306 A.

461 *Alcibiades* Plat. *Symp.* 214 b.

463 Plat. *Rep.* IV, 423 e. Der Zusammenhang

mit dem Homervers besteht darin, dass das eine Wichtige (bei Platon die Erziehung) dem vielen Unwichtigen gegenübergestellt wird.

465 *Adag.* 418 (*Multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum*).

466 *Mt.* 13, 44-46.

2754

471 *Il.* XI, 389 sq.

2755

480 *Il.* XI, 376.

2756

483 Das lateinische Sprichwort *Lupus in fabula* ist behandelt in *Collect.* 517 und *Adag.* 3450; cf. *Adag.* 686 (*Lupi illum priores viderunt*) und 3391 (*Mercurius superuenit*). Otto 988.

485 *Il.* X, 540.

[A] CORRIGENTIS QVOD DICTVM EST AB ALIO 2757

490 Vbi ciuilliter notabimus aliquem tanquam haud ex animi sententia locutum aut vbi quid dictum erit parum honestum, intorquebimus versiculum hunc ex Iliados M, quem Plutarchus ad eum vsum adduxit alicubi:

Οἷσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι, id est
Sermonem hoc alium potiore adducere nosti.

[A] ALITER CVM ALIIS AGENDVM 2758

495 Qui significabit cum aliis blandius agendum, cum aliis asperius, vt cuiusque fuerit ingenium aut fortuna dignitasque, allegabit illud ex eodem libro:

Ἄλλον μελιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι
 Νείκεον, id est
Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum
 500 *Increpuere.*

[A] VT NVNC SVNT HOMINES 2759

Si notabis temporum tuorum mores vt semper in peius degenerantes a virtute maiorum, veluti si dicas hunc aut illum principem laudandum, vt hac tempestate sunt principes, applicabis illud ex eodem libro Οἷοι νῦν βροτοὶ εἶσιν.
 505 Quod quidem hemistichium aliquot est locis apud Homerum: hic de Aiace et de Hectore saxum ingens humo facile tollentibus, Iliados ε de Tydeo saxum item tollente.

[A] NON SUSCIPIENDVM NEGOCIVM TEMERE 2760

510 In praepotentem et cum quo non sit suscipienda simultas aut lis, nisi magno aliquo praesidio fulciaris, quadrabit illud ex eodem libro:

Οὐκ ἂν τίς μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας
 Νόσφι θεῶν, id est
Huic certaturus non iuerit obuius vllus
Absque deis.

515 Dictum est de Hectore duabus lanceis tendente in praelium, cum emisisset ingens saxum.

[A] VEHEMENTER CVPIENTIS 2761

Cum animus ipse nos vehementer instigat ad faciendum quippiam, conueniet illud ex Iliados N:

- 520 Κὰδ δ' ἔμοι αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι
 Μᾶλλον ἐφορμᾶται πολεμίζειν ἢ δὲ μάχεσθαι,
 Μαιμῶωσι δ' ἔνερθε πόδες καὶ χεῖρες ὑπερθεν, id est
Sponte mihi gliscens animus in pectore gestit
Vsque magis bellare manu et configere coram,
 525 *Festinant infraque pedes ac dextra superne.*

[A]

ELVCET EGREGIA VIRTVS

2762

- Egregia virtus, etiam si quando dissimuletur, tamen semper eminent inter alios atque ex ipso oris habitu perspicitur et in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis itidem vt mores. In hanc sententiam
 530 quadrabit Homericum illud ex eodem libro:

Ἀρίγῳτοι δὲ θεοὶ περ, id est *Insignia numina diuum.*

[A]

MVTVA DEFENSATIO

2762a

- Mutuam complurium inter ipsos concordiam mutuamque defensionem notabimus non infacete versibus his ex eodem libro:

- 535 Φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκει προθελύμῳ,
 Ἄσπιδ' ἄρ' ἀσπίς ἔρειδε, κόρυς κόρυιν, ἀνέρα δ' ἀνήρ, id est
Hastas densabant hastis, vmbone frequenti
Vmbonem, clypeum clypeus fulcibat inhaerens,
Inque vicem galeae galeas texere, virum vir.

489 ciuilliter C-I: om. A B.

492 id est B-H: om. I.

505 aliquot G-I: duobus A-F; de Aiace et G-I: om. A-F.

506 tollentibus, Iliados ε G-I: tollente, alibi A-F.

513 vllus B-I: vllis A, corr. s.

515 est G-I: est autem A-F.

515-516 tendente ... saxum G-I: et ingenti saxo tendente [tendenti A B] in praelium A-F.

2757

491 *Il.* XII, 232. Plut. *Mor.* 20 e.

2758

496 *Il.* XII, 267 sq.

2759

505 *hic Il.* XII, 383; 449.506 *Il.* V, 304.

2760

510 *Il.* XII, 465 sq. (ἐρύκακεν: ἐρυκάκαι Ald.).

2761

519 *Il.* XIII, 73 sqq. (καὶ δ' ἔμοι).

2762

530 *Il.* XIII, 72.

2762a (In I erscheint die Nummer 62 zweimal, in LB wird bis 74 fortlaufend weaternumeriert und dann 74 zweimal gesetzt. Daher sind in LB unsere Nummern 2762a-2773 um eine Ziffer höher.)

534 *Il.* XIII, 130 sq. (ἀσπίς ἄρ' ἀσπίδ': Er. verbessert die falsche Lesart der Ald. ἀσπίς δ' ἄρ' ἀσπίδ').

539 *virum vir* Nach dem Hexameterschluss „viro vir“ Verg. *Aen.* X, 361 und Furius Bibaculus fr. 10 Morel. Die beiden Verse sind zusammen mit Hom. *Il.* XIII, 131 von Macr. *Sat.* VI, 3, 5 angeführt.

LB 917 Iuuenalis item de mollibus:

541 *Sed illos*
Defendit numerus iunctaeque umbone phalanges.

[A] CONCORDIA FVL CIVNTVR OPES ETIAM EXIGVAE 2763

Sententia prouerbialis est ibidem huiusmodi:

545 Συμπερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν, id est
Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.

Hac conueniet uti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam aut simultatem multorum, etiamsi fuerint alioquin imbecilles et quorum singulos quiuus facile contemnat. Nam quemadmodum, ut ait Ouidius,

550 *Et quae non prosunt singula, multa iuuant,*
ita quae non laedunt singula, multa nocent.

[A] EXTRA PERICVLVM FEROX 2764

555 In timidum et ita demum ferocem, si procul absit a periculo, velut in obtrectatorem clancularium, qui coram non ausit congregari, quadrauerit illud ex eodem loco:

Ἄνδρῶν δυσμενέων ἐκάς ἰστάμενος πολεμίζειν, id est
Pugnare gnarus, verum eminus et procul hoste.

[G] Simile est illud Demosthenis in oratione de corona: Οὕτως οἰκείως ἡμᾶς ἐδέχοντο, ὥστε τῶν ὀπλιτῶν καὶ τῶν ἰππέων ὄντων εἰς τὰς οἰκίας καὶ τὸ ἄστυ δέχεσθαι τὴν στρατιὰν ἐπὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὰ τιμιώτατα, id est *Adeo familiariter nos acceperunt, ut, quum adessent armati et equites, in aedes atque in ciuitatem reciperent exercitum ad liberos et uxores et ad ea, quae sunt charissima.* [H] *Extra telorum iactum ante recensuimus, cui contrarium est intra tela.* M. Tullius in Verrem actione iiii.: *Non ego a Vibone paruo nauigio inter fugitiuorum ac*
565 *praedonum ac tua tela venissem?* Quod Graeci dicunt ἐντός βελῶν.

[A] QVISQVIS IS FVERIT 2765

Quemuis citra vllam exceptionem hominem indicabimus hoc versiculo, qui est in eodem libro:

570 Ὅς θνητός τ' εἶη καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτῆν, id est
Qui modo mortalis sit edens Cerealia dona.

[C] Veluti si quis dicat humanas leges alibi alias esse, caeterum legem naturae omnium esse communem, ὅς θνητός τ' εἶη.

[A]

IUVVENTA VIRIBVS POLLET

2766

Ad vires plurimum momenti adfert aetas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem
575 loco de Aenea:

Καὶ δ' ἔχει ἤβης ἄνθος, ὅτε κράτος ἐστὶ μέγιστον, id est
Flos quoque adest aevi, cuius tunc maxima vis est.

[A]

ANCIPITIS CONSILII

2767

Ad significandum hominem perplexum et ancipitis sententiae suspensumque
580 animo congruet illud ex Iliados E:

Μεσσηγὺς γαίης καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, id est
In medio terrae simul et stellantis Olympi.

Dictum est apud poetam de equis [G] Iunonis inter coelum et terram [A] celeri
volantibus cursu.

585 [A]

PRAEDIVES

2768

Praediutem significabimus his versibus in Z, [G] κ et λ Iliadis:

[A] Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε [D] χρυσός τε [A] πολύκημητός τε σίδηρος, id est
Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,
590 *Aesque aurumque, fabrefacti quoque copia ferri.*

540 mollibus C-I: cinaedis A, cinedis B.

545 id est B-H: om. I.

550 Et G-I: om. A F.

560 στρατιᾶν *scripsimus*: στρατειᾶν C-I.

564 Vibone I: Vibonio H.

568 in eodem libro G-I: Iliados N A F.

569 id est B-G: om. H I.

572 ὅς F-I: ὁ C-E.

576 ἔχει B-I: ἔγ' A, corr. s; id est B-H: om. I.

577 tunc ... vis B-I: vis maxima tunc A.

583 equis B-I: aequis A, corr. s.

586 versibus I: versibus eiusdem A-H.

540 Iuv. 2, 46.

2763

544 Il. XIII, 237.

549 Ov. Rem. 420 (sed quae).

2764

555 Il. XIII, 263.

557 *gnarus* ἰστάμενος ist irrümlich als ἐπιστά-
μενος aufgefasst.558 Demosth. 18, 215 (ὁμᾶς ἐδέχοντο. ὥστε
ἔξω τῶν ὀπλιτῶν καὶ τῶν ἰππέων ὄντων ...
δέχεσθαι τὴν στρατιᾶν κτλ. so auch Ald.
1504). Die Parallelität sieht Er. offenbar in
dem nicht kriegsgemässen Verhalten.563 *ante Adag.* 293 (dort auch ἐντὸς βελῶν).Cic. Verr. 2, II, 99 (a Vibone Veliam
paruolo nauigio).

2765

568 Il. XIII, 322.

2766

574–575 Il. XIII, 484 (ὁ τε: ὅτε Ald.).

2767

580 Il. V, 769.

2768

586 Il. VI, 47 sq.; X, 379 (nur der zweite
Vers); XI, 132 sq. (πολλὰ δ' ἐν Ἀντιμάχοιο
δόμοις κειμήλια κτλ.).

Ad idem faciet etiam illud ex Iliados K:

Πολύχρυσος πολύχαλκος, [B] id est *Multi auri multique aeris.*

[A] AEGRE QUIDEM, SED FACIMVS TAMEN 2769

595 Cum aegre quidem et non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus adacti necessitate, conueniet illud ex Iliados Z:

Καὶ μάλα τειρόμενοί περ, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, id est
Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

[A] QVOD ALIBI DIMINVTVM EXAEQVATVR ALIBI 2770

600 In eum, in quo desideratur virtutis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam
LB 918 dote compenset, veluti si quem intelligi velimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio, aut qui sit indoctus quidem, sed bene nummatus, competet illud ex eodem loco, quem modo citauimus ex Iliados K:

Ὅς δὴ τοι εἶδος μὲν ἔην κακός, ἀλλὰ ποδώκης, id est
Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

605 [A] MUTVA DEFENSIO TVTSSIMA 2771

Qui significabit minus eos laedi posse, qui concordēs sese mutuo defendunt, contra omnium iniuriae obnoxios illos, qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados ρ:

610 Παυρότεροι δὲ πολὺ φθίνυθον, μέμνηντο γὰρ αἰεὶ
' Ἀλλήλοισ ἀν' ὄμιλον ἀλεξέμεναι πόνον αἰπύν, id est
*Multo turba minor periit, quod in agmine semper
Mutuam opem sibi ferre malumque arcere studebant.*

[A] QVI CVM CONTEMPTV VITAE INVADVNT 2772

615 In eos, qui *gladiatorio*, sicut ait Terentius, *animo* quempiam impetunt, ut aut perdant aut pereant, conueniet illud ex Iliados M:

' Ἀγροτέροισι σύεσσι ἑοικότες, id est *Similes agrestibus apris.*

[C] Tradunt enim venatores hos prouocatos recta impetere prouocantem nec lancea vitata.

[A]

ALIIS PROSPICIENS, NON SIBI

2773

620 Si libebit in quempiam iocari, qui, cum artem diuinandi professus aliis sua mala praedixerit, ipse suum malum non potuerit praeuidere, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Boeotia:

'Αλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσσατο κῆρα μέλαιναν, id est
At non auguriis fatum sibi depulit atrum.

625 Quod imitatus Maro:

At non auguriis valuit depellere pestem.

Dictum est de Eunomo Mysorum duce, perito quidem auguriorum, at nihilominus ab Achille occiso.

[A]

DEDECVS PVBLICVM

2774

630 Rem modis omnibus infamem ac perniciosam non ineleganter indicaueris his versibus, quibus Hector Paridem obiurgat libro Iliados tertio:

Πατρί τε σῶ μέγα πῆμα πόλῃ τε παντί τε δήμῳ,
Δυσμενέσι μὲν χάριμα, κατηφείην δὲ σοὶ αὐτῶ, id est
Noxa ingens vrbique tuae populoque patrique,
635 Hosti gaudia, sed probrumque dolorque tibi ipsi.

[A]

NE DEPVGNES IN ALIENO NEGOCIO

2775

Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere liti alienae, quae nihil ad nos pertineat, sed permissuros, vt ipsi inter sese suo decertent periculo, quorum agitur negocium, versiculo fuerit locus ex eodem libro:

595 Iliados Z F-I: eodem libro A-E.

600 compenset A-H: compenses I.

602 ex eodem loco G-I: eodem e loco A,
eodem in loco B, eodem loco C-F.

603 δῆ A-F: δέ G-I.

608 ρ F-I: π A-E.

610 αἰπὺν A B: αἰπὺν C D, αἰπὴν E-I.

616 Similes B-I: Similis A, corr. s.

591 Il. X, 315.

2769

595 Il. VI, 85.

2770

602 Il. X, 316; cf. Adag. 2768, l. 591.

2771

608 Il. XVII, 364 sq.

2772

614 Ter. Phorm. 964.

615 Il. XII, 146 (ἐοικότε: ἐοικότες Ald.).

617-618 Tradunt ... vitata Cf. Xen. Cyn. 10,
16.

2773

622 ex ... Boeotia Il. II, 859 (ἐρύσατο).
Βοιωτία. Νεῶν κατάλογος ist Überschrift in
der Aldina vor Il. II, 494.

625 Verg. Aen. IX, 328 (sed non augurio
potuit). Das homerische Vorbild verzeich-
net Macr. Sat. V, 9, 10; cf. auch Serv. zur
Stelle: „est autem Homericus versus.“

2774

631 Il. III, 50 sq.

2775

639 Il. III, 91.

640 Οἷους ἀμφ' Ἑλένη καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι, id est
Proque Helena proque omni re decernere solos.

Dictum de Menelao et Paride singulari certamine congressuris.

[A] PRVDENTIA CONIUNCTA CVM VIRIBVS 2776

645 In eum, qui norit idem et aliis imperare, quid sit agendum, et ipse persequi,
 cum est opus, quod aliis imperat, apte quadrabit illud ex eodem libro:

Ἄμφοτερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής, id est
Et iuxta ductor bonus et certamine pollens.

Sunt enim, qui imperatorem agere norunt, at militem praestare non norunt.

[A] PAUCILOQVVS, SED ERVDITVS 2777

650 In eum, qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur, conueniet illud ex
 eodem libro, quod illic dicitur de Menelao, breuiloquo Laconum more, verum
 suauiiloquo et arguto:

655 Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολὺμυθος, id est
*Non is multa quidem, verum argutissima, quippe
 Pauciloquus.*

[A] DVOBVS MALIS RESISTERE DIFFICILLIMVM 2778

Εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμος τε δαμᾶ καὶ λοιμὸς Ἀχαιοῦς, id est
Iam pariter subigit bellumque et morbus Achiuos.

660 Si quando dicemus eundem hominem duobus aut plurimis premi malis. Est
 apud Homerum Iliados primo.

[A] A FRONTE SIMVL ET OCCIPITIO 2779

665 Cum indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem aut singularem
 prudentiam, quae constat non praesentium modo scientia, sed et memoria
 praeteritorum et futurorum prospicientia, recte versum hunc ex eodem
 vsurpabimus libro:

LB 919 Ὅς ἤδη τὰ τ' ἔόντα τὰ τ' ἐσόμενα πρό τ' ἔόντα, id est
Qui scit praeterita ac praesentia postque futura.

Vergilius vertit ad hunc modum:

Quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.

670 [A]

NOCVIT ET NOCEBIT

2780

Si quando demonstrata praeteritorum malorum causa comminabimur futurum, vt accedant maiora, nisi quis resipiscat, non intempestiuiter vsurpabimus versum hunc Homericum ex eodem libro:

675 Τοῦνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκε ἐκηβόλος ἦδ' ἔτι δώσει, id est
Phoebus ob haec mala multa dedit atque insuper addet.

Veluti si medicus ostenso morbi periculo moneat aegrotum reualescentem, vt temperet ab immodica Venere, alioqui rediturum cum foenore malum.

[A]

INGENS DISCRIMEN

2781

680 Quoties ingens discrimen innuemus inter homines aut res plurimum inter se diuersas aut immensum interuallum inter seiunctos, eleganter accommodabimus illud ex eodem libro:

685 Ὀὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχίεσσα, id est
*Sunt in medio sita plurima, montesque
 Vmbrosi fretaque horrisono clamosa fragore.*

[A]

ADHORTANTIS AD GLORIAM

2782

Cum adhortabimur ad immortalem gloriam egregiis parandam factis, non inconcinniter adhibebimus illud carmen, quo M. Tuilius aliquot vsus est locis:

690 Ἄλκιμος ἔσσο', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ, id est
Strenuus esto, quo te posteritas quoque laudet.

642 Dictum H I: Dictum est A–G.

643 est C–I: om. A B.

660 primo F–I: libro primo A–E.

661 occipitio G–I: occipitio oculatus A–F.

672 maiora B–I: maiore A, corr. s.

673 versum B–I: verum A, corr. s.

674 ἄλγε' D I: ἀλγ' A–C.

683 id est B–H: om. I.

689 id est B–G: om. H I.

2776

643 Il. III, 179.

2777

649 *Pauciloquus* Neubildung nach dem plautinischen „multiloquus“.

651 Il. III, 214.

Laconum more Cf. *Adag.* 1092 und besonders *Adag.* 1949 (*Laconismus*).

2778

660 Il. I, 61.

2779

665 Il. I, 70.

668 Verg. *Georg.* IV, 393. Serv. zur Stelle verzeichnet das homerische Vorbild. Cf. auch *Adag.* 2053 (A fronte atque a tergo).

2780

673 Il. I, 96 (ἔδωκεν).

2781 Cf. *Adag.* 2870 (*Ingens discrimen*).

681 Il. I, 156 sq.

2782

688 Cic. *Fam.* XIII, 15, 1. Cic. scheint den Vers nur an dieser einen Stelle angeführt zu haben.

Exstat autem apud Homerum cum alias, tum Odysseae libro primo. Sic enim Pallas in specie Mentoris adhortatur Telemachum ad virtutem, aliorum illustrium heroum exemplo:

695 Καὶ σύ, φίλος, μάλα γάρ σ' ὀρώω καλόν τε μέγαν τε,
 Ἄλκιμος ἔσσι', ἵνα τίς σε καὶ ὑψιγόνων εὖ εἴπῃ, id est
Tuque age, quando te video magnumque bonumque,
Strenuus esto, ut tete et postera praedicet aetas.

[A]

QVI PARATVS AD RESISTENDVM

2783

700 Qui significare volet se nequaquam detractare certamen, sed abunde suppetere, quo partes tueatur suas, vsurpabit illud ex Iliados v:

Τῶ μοι δούρατά ἐστι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
 Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανώνωντες, id est
Et mihi sunt hastae teretes clypeique rotundi,
Tum galeae, tum thoraces procul igne micantes.

705 [A]

IN DISCRIMINE APPARET QVI VIR

2784

De re periculosa difficilique et eiusmodi, quae virum cordatum ac strenuum requirat, conueniet illud, quod eodem libro dicitur ab Idomeneo Cretensium duce:

710 Ἐνθ' ὃ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφάνθη, id est
Illuc qui vir iners, qui strenuus, ipsa docet res.

Ad idem facit quod proximo carmine consequitur:

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρώς ἄλλυδις ἄλλῃ.

Cuius alias mihi facta mentio.

[A]

NON CEDENDVM MALIS

2785

715 Si quando admonebis non oportere cedere vel aduersariis vel insultibus aduersae fortunae aut non esse certandum cum fugitiuis, non inscite detorseris illud ex eodem libro:

720 Οὐκ ἂν ἐν ἀγῆν' ὀπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
 Ἄλλὰ κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειε, id est
Ne feriat iaculum cernicem aut terga, sed ipsum
Aut ventrem aut pectus feriat aduersa sagitta.

[A] IPSE SIBI PERNICIEM ACCERSIVIT 2786

In eum, qui sibi pertinaciter accersit malum, [G] cui veluti fato destinatus sit, [A] congruet illud ex eodem libro:

725 Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακῆ θανάτοιο τέλοσδε, id est
Istum mortis in exitium mala Parca trahēbat.

[A] VLTRA VIRES NIHIL AGGREDIENDVM 2787

Qui dicet non esse suscipiendum negocium, ad quod peragendum non suppetant vires, non inconcinniter illud accommodauerit ex eodem libro:

730 Πᾶρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμιζεῖν, id est
Vires ultra nemo queat bellare, licet sit
LB 920 Quantumuis animo promptus.

Verba sunt Paridis ad Hectorem.

[A] OCYOR ACCIPITRE 2788

735 Admirandam celeritatem hyperbola prouerbiali licebit indicare, quae est in eodem libro:

697 vt I: vti A-H; praedicet B-I: praedicit A, corr. s.

699 detractare G-I: detrectare A F.

707 eodem C-I: in eodem A B; ab Idomeneo F-I: a Diomede A-E.

709 ἐξαφάνθη D-H: ἐξαφάνθη A, ἐξαφάνθη B C, ἐξαφάνθη I.

711-713 Ad idem ... mentio C-I: E carmine quod proxime consequitur, sumptum est Hemistichium quod alias inter prouerbia retulimus, κακοῦ τρέπεται χρώς, i. [i. om. A] Vertitur ignaui color. Quoniam autem tum temporis mihi locus non occurrebat, hic indicandum putauī. Carmen integrum sic habet, Τοῦ μὲν γὰρ τε κακοῦ τρέπεται χρώς ἄλλυδις ἄλλη Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἦσθαι [sic] ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμὸς Ἄλλὰ μετοκλάζει καὶ

ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει Ἐν δὲ τέ οἱ κραδίη μεγάλα στέροισι πατάσσει Κῆρας δίομένω [δύμένω A], πάταγος δ' ἔτ' ἐρίγνετ' ὀδόντων Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὐτ' ἄρ τρέπεται χρώς, οὐδέ τι λίην ταρβεῖ. i. [i. om. A] Vertitur ignaui color, euariatque subinde Nec mens certa manet, verum huc, illucque vacillat Ac migrans e corde pedes in vtrosque residit Palpitat et valide cor ei praecordia subter Fata putanti animo, occipiunt quoque stridere dentes Contra forti, nec variat color, ac neque valde Horrescit A B.

715 admonebis B I: admonebit A; cedere B-I: caedere A, corr. s.

716 detorseris B-I: detorsit A.

730 id est B-G: om. H I.

691 Od. I, 301 sq. = III, 199 sq. (ἐῦ: εὔ Ald.). 2783

700 Il. XIII, 264 sq. (δοῦρατά τ' ἔστι: δούρατ' ἔστι Ald. mit rhythmischem Fehler; Er. korrigiert in δούρατά ἔστι).

2784

707 Il. XIII, 278.

711 Ibid. 279.

713 alias Adag. 189 (Ignauī vertitur color).

2785

717 Il. XIII, 289 sq.

720 Ne feriat Im griechischen Text potential; cf. Adag. 2165, n.l. 863 und Adag. 2630, n.l. 223.

2786

724 Il. XIII, 602.

2787

729 Il. XIII, 787.

2788

736 Il. XIII, 819 (θάσσοντας ἰρήκων: θάσσοντας ἰρήκων Ald.).

Θάσσορες ἰρήκων, id est *Pernices magis accipitre.*

Venustius fiet, si ad famam aut ingenium aut nuncium aut eiusmodi quippiam detorqueatur.

740 [A] ANCIPITIS ANIMI 2789

Animum ancipitem et incerti consilii licet indicare versiculo, qui est Iliados ξ:

Ὡς ὁ γέρον ὄρμαινε δαΐζόμενος κατὰ θυμὸν

Διχθάδια, id est

Sic senior versans animo disquirat, utroque

745 *Nutans.*

Id Maro sic est imitatus:

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.

Rursum Iliados π:

Διχθά δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὄρμαινοντι, id est

750 *Huc animus mihi versanti inclinabat et illuc.*

[A] CORRECTIO DICTI 2790

Dictum obscoenius et bonis viris reticendum aut absurdum dictu notabimus hoc versiculo ex Iliados ξ:

Μῦθον, ὃν οὐ κεν ἀνὴρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο,

755 Ὡς τις ἐπίσταιτο ἧσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν, id est

Sermonem, quem nemo vir unquam promat ab ore,

Qui modo cognorit cordata et sana profari.

[A] IN CLAMOSOS 2791

760 Ingentem inter litigandum aut disputandum vociferationem indicabimus eo versiculo, quem ibidem de Neptuno scripsit Homerus:

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον· ἢ δεκάχιλοι

Ἄνερες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος, id est

Tantum vociferans, quantum nouies deciesue

Mille viri clamare solent, qui praelia miscent.

765 [F] Idem carmen habetur Iliados ε de Marte.

[A]

PRO MEA VIRILI

2792

Cum pollicebimur nos operam nostram praestituros pro nostra virili, conueniet illud ex eodem libro Veneris ad Iunonem:

770 Εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται, id est
Si praestare queam et fieri res ipsa potessit.

[F] Idem versus habetur Odysseae ε et Iliados σ. [B] Vsurpat veluti prouerbi vice Plutarchus in libello De dignoscendo adulateore ab amico: Εὖ γὰρ εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν, φίλου μὲν ἐκείνην εἶναι τὴν ἐπαγγελίαν· Εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται, κλόακος δὲ ταύτην· Αὖδα ὁ τι φρονέεις. Id est *Nam recte dictum est illud a maioribus nostris, amicum sic promittere: 'Si praestare queam et fieri res ipsa potessit', adulateorem vero ad hunc modum: 'Dicito quicquid habes in pectore'.*

[A]

PRO DIGNITATE CVIVSQVE

2793

780 Cum vnicuique partes tribuuntur pro decoro personae proque dignitate, veluti si negocium arduum committatur prudenti et exercitato, leuiusculum iuueni cuiquam et imperito, quadrabit illud ex eodem Iliados ξ:

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδυνε, χέρεια δὲ χείροني δόσκεν, id est
*Egregia egregius subit arma, ac deteriori
 Deteriora dedit.*

753 Iliados ξ G-I: eodem libro A-F.

755-756 *Hunc versuum ordinem habent B-I: in A l. 756 versum 755 praecedit.*

756 vir A-G: om. H I.

760 Neptuno F-I: Marte A-E.

769 γε F-I: om. A-E.

780 eodem F-I: om. A-E.

2789

741 *Il. XIV, 20 sq.*746 Verg. *Aen. IV, 285; VIII, 20.* Die Homerparallele scheint erst Er. vermerkt zu haben.748 *Il. XVI, 435.*

2790

753 *Il. XIV, 91 sq.*

2791

760 *Il. XIV, 148 sq.*765 *Il. V, 860 sq.*

2792

768 *Il. XIV, 196 (ἔστιν: ἔσται, obwohl als v.l. bei van Leeuwen, auch zu Od. V, 90, verzeichnet, beruht bei Er. wohl auf dem ἐστί der Ald.).*770 *Si ... fieri res ipsa potessit* Cf. Lucil. fr. 26 M. bei Ps. Ascon. in Cic. *Div. 43, p. 198, 21* Stangl: „Vellem cum primis, fieri si forte potisset“ (über diese Imperfektform cf. Ferdinand Sommer, *Handbuch der lat. Laut- und*

Formenlehre, Heidelberg, 1914², p. 532). Die Praesensform *potessit* scheint Er. nach dem archaischen Infinitiv „*potesse*“ (Sommer, *op. cit.*, p. 592) selbst gebildet zu haben.

771 *Od. V, 90. Il. XVIII, 427.*772 Plut. *Mor. 62 e.* Αὖδα ὁ τι φρονέεις steht an den drei genannten Homerstellen jedesmal unmittelbar vor dem l. 769 angeführten Vers. In seiner Übersetzung der erwähnten Plutarchschrift, die zuerst 1514 bei Froben erschien, gab Er. den Satz in engerem Anschluss an den griechischen Text wieder (*ASD IV, 2, p. 143, ll. 656-660*): „Siquidem recte dictum illud est a nostris maioribus, hanc amici pollicitationem esse: ‘Si praestare queam et fuerit praestabile nobis’, rursus adulatoris hanc: ‘Dic quicquid veras animo’.“

2793

780 *Il. XIV, 382 (δόσκον: δόσκεν vulg. Ald.).*

[A] OMNIA EX SENTENTIA CEDVNT 2794

78; In magnopere fortunatos, quibus et recte et secus instituta feliciter cedunt, congruet illud ex Iliados ρ:

Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἄπτεται, ὅς τις ἀφείη,
 Ἦ κακὸς ἢ ἀγαθός, Ζεὺς δ' ἔμπτῆς πάντ' ἰθύνει, id est
Spicula cuncta horum feriunt, seu torserit illa
 790 *Ignaus seu vir fortis, quia Iuppiter ipse*
Dirigit.

[A] IMPROBITAS MVSCAE 2795

In improbum et subinde redeuntem, etiam si turpiter repellatur, quadrabit illud ex eodem libro: |

lib 921 Καί οἱ μύτης θάρσος ἐνὶ στήθεσσι ἐνῆκεν,
 796 Ἦ τε καὶ ἐργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομένοιο
 Ἰσχανάα δακέειν, id est
Atque illi muscae vim intra praecordia misit,
Quae quamuis de pelle viri sit saepe repulsa,
 800 *Assultat morsura tamen.*

[A] DEO FORTVNAEQVE COMMITTO 2796

Qui fortunam experiri statuerit euentum negotii fortunae committens, in hunc conuenerit illud ex eodem libro:

805 Ἦσω γὰρ καὶ ἐγώ, τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει, id est
Torsero et ipse, Ioui fuerint haec omnia curae.

[A] CONSILIVM IN MELIVS COMMVTANDVM 2797

Si quando iubebimus mutare consilium utpote foedum ac stultum, aut reprehendemus quippiam ut inconsulte factum, vsui fuerit illud ex eodem libro:

810 Τίς τοί νυ θεῶν νηκερδέα βουλὴν
 Ἐν στήθεσσι ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς; id est
Quis tibi consilium submisit inutile tandem
Diurum sanamque exemit pectore mentem?

[A] MODIS OMNIBVS INCITAT 2798

815 Vbi quis modis omnibus animum alterius sollicitat, nunc precibus, nunc blanditiis, nunc iurgiis, nunc minis, vsurpare licebit illud ex eodem libro de

Automedonte dictum et equis Achillis:

820 Πολλὰ μὲν ἄρ μάστιγι θεῶν ἐπεμαίετο θείνων,
 Πολλὰ δὲ μελιχίοισι προσγύδα, πολλὰ δ' ἄρειῃ. id est
Multum ille scuticaque cita celerare iubebat,
Multum idem blande affatus multumque minatus.

[A]

EIDEM INHIANTES TESTAMENTO

2799

825 Duriusculum quidem, sed tamen non inscitum, si, quod est in eodem libro dictum de Graecis ac Troianis pro Patrocli cadauere dimicantibus, torqueatur ad haeredipetas eundem senem velut idem cadauer certatim captantes:

᾿Ως οἱ γ' ἔνθα καὶ ἔνθα νέκυν ὀλίγη ἐνὶ χώρῃ
 Ἐλκεον ἀμφότεροι, id est
Sic illi exiguo discrimine vtrique cadauer
Hinc atque inde trahunt.

830 [A]

PRAEMATVRA MORS

2800

In hunc, qui praematura morte discesserit superstitibus parentibus, accommo-
 dabitur illud ex eodem libro de Hippothoo [G] Pelasgo Lethi filio [A] dictum,
 [G] quem Ajax Telamonius occiderat, quod Patrocli corpus pede apprehensum
 ad Troiam pertrahere conatus erat:

835 [A] Οὐδὲ τοκεῦσι
 Θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δὲ οἱ αἰών, id est
Ast neque nutricandi grata parentibus ille
Reddidit officia, sed ei breue contigit aeuum.

794 libro A-G: om. H I.

798 intra D-I: intro A-C.

817 Automedonte ... Achillis F-I: Patrocli, sicut opinor, equis dictum A-E.

818 ἄρ D-I: om. A-C; θείνων D-I: θεῖνων A-C.

824 pro C-I: de A B.

826 ἐνὶ D-I: ἐν A-C.

832 Hippothoo F-I: Patroclo A-E; Lethi G H: Leti I; dictum F-I: dictum, ni fallor A-E.

2794

786 Il. XVII, 631 sq.

2795

794 Il. XVII, 570 sqq. (ἀνδρομέοιο).

2796

803 Il. XVII, 515.

2797

808-809 Il. XVII, 469 sq.

2798

816 Il. XVII, 430 sq.

2799

823 Il. XVII, 394 sq.

2800

832 Il. XVII, 301 sq. (θρέπτρα: θρέπτα Ald.).

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA IX

[A]

ALIA DANTVR, ALIA NEGANTVR

2801

Quoties e duabus naturae dotibus altera contigit, altera negata est, veluti si cui
formae decus adsit, desit ingenii laus, siue cum e duobus postulatis alterum
5 duntaxat impetratur, quadrauerit illud ex Iliados π:

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν, id est
Annuit hoc illi diuum pater, abnuit illud.

Hunc versiculum vsurpat Plinius in epistola quadam. Dictus est autem de
Achille, qui in votis, quae facit pro Patroclo suis armis inituro praelium, duo
10 quaedam rogarat, alterum vt cum laude pugnaret, alterum vt peracta pugna
referret arma, incolumis et ipse. Quorum alterum annuit Iuppiter, nempe vt
fortissime pugnaret. Caeterum Achillis arma non retulit nec incolumis rediit.
[C] Festiuiter abusus est hoc carmine Stratonicus citharoedus, qui cum
audisset quendam cithara canentem, subiecit hunc Homeri versum:

15 Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.

Ac mox alio quodam rogante, cur ita diceret, 'Quoniam', inquit, 'male canere
cithara dedit, caeterum bene canere voce abnuit'. Ita ferme Athenaeus libro
octauo.

5 Iliados π C-I: eodem libro A B.

12 non retulit nec incolumis rediit G-I: perie-

runt, ipse Patroclus occisus est A-F.

13 Stratonicus F-I: Stratonius C-E.

LB 922 [A]

VICTORIA NON INCRVENTA

2802

20 Facit hoc tum corruptela iudicum tum patronorum rapacitas, vt fere litigantium vtraeque partes plectantur, adeo vt non raro poeniteat etiam eum, qui vicit litem. In hos igitur conuenit illud ex Iliados ρ:

Οὐδ' οἱ γὰρ ἀναιμωτί γ' ἐμάχοντο, id est
Nec hi sine sanguine pugnam | Miscebant.

25 [A]

FILIVS DEGENERANS

2803

In filium, qui paterno degenerat instituto siue qui non diu fruitur a patre relictis, sed excutitur a maiorum facultatibus, apposite torquebitur illud ex eodem libro:

30 ἼΑλλ' οὐχ υἱὸς ἐν ἔντεσι πατρὸς ἐγγήρα, id est
At non consenuit patriis in filius armis.

[A]

EVENTVS PRAETER EXPECTATIONEM

2804

Quoties res multo secus euenit, quam vel fuerat instituta vel probabilibus coniecturis euentura videbatur, congruet illud ex eodem libro:

35 ἼΑλλ' αἰεὶ τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο, id est
Verum praepollet magni Iouis vsque voluntas.

[F] Pindarus in Pythiis hymno vltimo: Τὸ γὰρ μόρσιμον οὐ παρφυκτόν· ἀλλ' ἔσται χρόνος οὗτος, ὃς καὶ τιν' ἀελπίτια βαλὼν ἔμπαλιν γνώμας τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὐπῶ, id est *Quod enim in fatis est, euitari non potest; sed erit tempus hoc, quod aliquem desperatione iaculatum praeter opinionem hoc quidem dabit, aliud vero nequaquam.* [A]

40 Rursum Iliados π:

ἼΑλλ' αἰεὶ τε Διὸς κρείσσων νόος ἢ ἐπερ ἀνδρῶν, id est
Sed magis atque hominum pollet Iouis vsque voluntas.

[A]

REPREHENSIO COGITATIONIS

2805

45 Cum ipsi reprehendimus animi nostri consilium aut cogitationem parum honestam aut parum vtilem, illi locus fuerit ex Iliados ρ:

ἼΑλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; id est
Sed mihi cur animus secum haec in pectore versat?

Idem aliis item locis repetitur.

[A]

PRAEBERE VIROS

2806

50 Ad fortiter agendum ferendumue adhortabimur hoc carmine ex eodem Iliados ρ, quanquam idem alias subinde repetitur:

Ἄνῆρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς, id est
Eia estote viri validasque expromite vires.

[A]

RE OPITVLANDVM, NON VERBIS

2807

55 Cum re opus est, nihil prosunt verba; veluti si quis egeat pecuniariis suppetiis, quorsum attineat huic aures explere dictis? Rursum in consultationibus, in iudiciis rationibus agendum est, non vi. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados π:

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ, id est
60 Verba in consilio, valet in certamine robur.

[A]

CORRVPTA IVDICIA

2808

In eos, qui corrupte iudicant aut suffragium ferunt non ad reipublicae commodum, sed ad priuatum commodum respicientes, siue qui per tyrannidem leges opprimunt, competet illud ex eodem libro:

65 Οἱ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιάς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσσωσι, θεῶν ὅπιν οὐκ ἀλέγοντες, id est
Qui per vim in populi coetu communia iura
Deprauant ac iustitiam depellere tentant
Nil veriti vocem diuum.

22 conuenit F-I: conueniet A-E; Iliados ρ
C-I: eodem libro A B.

29 ἔντεσι B-I: ἔντισι A.

30 At A-H: An I.

41 αἰεὶ A-F: αἰεί G-I.

45 vtilem illi scripsimus: illi vtilem A, vtilem
B-I; Iliados ρ F-I: eodem libro A-E.

49 Praebere B-I: Praebete A, corr. s.

50-51 eodem Iliados ρ F-I: Iliados N A-E.

65 Οἱ F-I: H A C, *H D-E.

2802

22 Il. XVII, 363.

2803

28 Il. XVII, 197.

2804 Cf. Adag. 2019 (Non omnia eueniunt, quae in animo statueris).

33 Il. XVII, 176.

36 Pind. Pyth. 12, 30 (37 ὁ καί: Er. setzt die normale Form des Relativpronomens ὅς; ἀελπεῖα: ἀελπτία Ald. 1513 und ed. Bas. 1526).

40 Il. XVI, 688.

2805

45 Il. XVII, 97.

48 aliis locis Il. XI, 407; XXI, 562; XXII, 122; 385.

2806

50-51 Il. XVII, 185 = VI, 112; VIII, 174; XI, 287; XV, 487; 734; XVI, 270.

2807

58 Il. XVI, 630.

2808

64 Il. XVI, 387 sq. (εἰν ἀγορῇ: ἐν ἀγορῇ Ald.).

69 vocem Er. verwechselt ὅπιν „Strafe“ mit ὅπα „Stimme“.

70 [A] APTA PROVINCIA 2809

In eum, qui prouinciam suscipit suis aptam viribus, abstinens a negotio, cui sit impar, veluti si quis episcopatum accipiat, summum pontificium recuset, conueniet illud ex eodem libro:

75 Εἴλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα, τὰ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει,
 "Εγγος δ' οὐχ ἔλετ' οἷον ἀμύμονος Αἰακίδαο, id est
Quae manibus quadrent, ingentes corripit hastas
Quastibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

De Patroclo dictum, qui cum Achillis armis esset indutus, ab hasta tamen abstinebat, quod ea grauior esset, quam vt quisquam Graecorum regere posset praeter vnum Achillem. Quod idem in Odyssea de arcu Vlyssis finxit Homerus.

LB 923 [A] PVDOR ET METVS 2810

Cum abstinetur a re quapiam, quod ea tum inhonesta factu videatur tum vero minime tuta, locum habebit illud ex Iliados σ:

85 Ἴσχε γὰρ αἰδῶς καὶ δέος, id est
Nam pudor atque metus vetuit.

De conglobata acie dictum, quae ne sese diduceret, partim pudor obstabat partim metus. Pudorem autem ingens addere calcar ad fortiter agendum indicat in eodem libro, cum ait:

90 Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἤε πέφανται, id est
Plures sunt salui atque cadunt his, quis pudor adsit.

[A] QVI OBTICESCIT 2811

In eum, qui metu attonitus aut stupefactus admiratione tacet aut cui non est quod respondeat, quadrabit illud ex Iliados ρ:

95 Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε, id est
Illum corripuit stupor atque infantia linguae.

[A] MORS OMNIBVS COMMVNIS 2812

Qui dicet omnibus ex aequo moriendum nec vllis viribus arceri fati necessitatem, citabit illud [F] ex Iliados σ:

100 [A] Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἑρακλῆος φύγε κῆρα, id est
Nec vis Herculeae fatum euitauit acerbum.

[A] ALIVS ALIIS IN REBVS PRAESTANTIOR

2813

Qui dicit alium alia dote praecellere, accommodabit quod in eodem libro dictum est de Polydamante et Hectore:

105 'Αλλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα, id est
Hic dictis, basta longe praestantior ille.

[F] Eandem sententiam fusius explicat Iliados v Polydamas loquens Hectori:

"Ἐκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παρὰ ῥητοῖσι πιθέσθαι.
 Οὔνεκά τοι περὶ δῶκε θεὸς πολεμῆια ἔργα,
 110 Τοὔνεκα τῇ βουλῇ ἐθέλεις περιδμεναὶ ἄλλων;
 'Αλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσῃαι αὐτὸς ἐλέσθαι.
 "Ἄλλω μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμῆια ἔργα,
 "Ἄλλω δ' ὀρχηστύν, ἑτέρω κίθαριν καὶ ἀοιδῆν,
 "Ἄλλω δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
 115 'Ἐσθλόν, id est
*Hector, non potis es deflectere pectora dictis.
 An quia dii donant factis praecellere belli,
 Vis in concilio reliquos praecedere sensu?
 At non cuncta potes vnus simul omnia ferre.*
 120 *Quippe deus dedit huic virtute excellere belli,
 Huic laudem choreae, citharam illi et carmina blanda,
 Rursum alii mentem praeclaram in pectore magnus
 Iuppiter inseruit.*

[A] IN PERICVLOSO NEGOCIO NON EST DORMITANDVM

2814

125 [C] Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet [A] quod subinde repetitur apud Homerum [F] Iliados π:

74 δ' A-H: om. I.
 91 his E-I: iis A-D.
 103 dicit A-G: dicit H I.

107 v F: v G-I.
 116 Hector ... dictis G-I: Haud dictis Hector didicisti moriger esse F.

2809

71 *provinciam suscipit* Cf. *Adag.* 1341.
 73 *Il.* XVI, 139 sq. (δοῦρε: δοῦρα Ald.).
 80 *Od.* XXI, 124 sqq.

2810

84 *Il.* XV, 657 sq.
 88 *addere calcar* *Adag.* 147.
 89 *Il.* XV, 563.
 91 *his* Versehentlich anstatt „hi“ (oder Dativ?).

2811

94 *Il.* XVII, 695.

2812

99 *Il.* XVIII, 117.

101 *Herculeá* Zur Dehnung in *Arsis* vor *Caesar* cf. *Adag.* 2723, n.l. 228.

2813

103 *Il.* XVIII, 252.

107 *Il.* XIII, 726 sqq. (Text nach Ald., ausser l. 110, wo auch Ald. wie die neuern Ausgaben τοὔνεκα καὶ βουλῇ bietet). Die Übersetzung von l. 108 (richtig in F, cf. app. crit.) begründete Er. in den *Corrigenda* zu F: „vt Hectori virtutem tribuat in bello, in conciliis adimat eloquentiam.“

2814

126 *Il.* XVI, 43 = XI, 801 (ὀλίγη δέ τ').

[A] Ὀλίγη δ' ἀνάπνευσις πολέμοιο, id est
Exigua est interspiratio belli.

130 Poterit trahi vel ad litem forensem vel ad simile negotium odiosum et laboris plenum.

[A] MENS LAEVA 2815

Frequenter hominum mens laeua est, et pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiant. Ad hanc sententiam facit illud ex Iliados σ:

135 Ἐκτορι μὲν γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μητιόωντι,
 Πουλυδάμαντι δ' ἄρ οὔτις, ὅς ἐσθλὴν φράζετο βουλὴν, id est
Consilium Hectoreum laudabat inutile quisque,
Nemo Polydamantis, at hic dabat vtile solus.

[A] VERBIS PVGNAS, NON RE 2816

140 Facile est conuiciis altercari, verum re vincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud ex Iliados υ, dictum ab Aenea congressuro cum Achille:

Ἐπεὶ σάφα οἶδα καὶ αὐτὸς
 Ἴμὲν κερτομίας ἦδ' αἴσυλα μυθήσασθαι, id est
Siquidem noui probe et ipse
Et petere probris inimicaque dicere dicta.

145 Paulo post repetit copiosius eandem sententiam:

LB 924 Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισι ὀνειδέα μυθήσασθαι
 Πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.
 Στρεπτή δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἐνὶ μῦθοι
 Παντοῖοι, ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
 150 Ὅπποῖόν κ' εἴρησθα ἔπος, τοιόνδ' ὑπακούσαις, id est
Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est,
Quorum onus haud portet centum ratis obsita remis,
Est hominum quia lingua volubilis omnigenique
Insunt sermones variique et pascua dictis
 155 *Hinc atque hinc multaeque vices, sed qualia verba*
Dices, talia reddentur tibi dicta vicissim.

[A] NE QUID MOVEARE VERBORVM STREPITV 2817

Qui monebit aliquem, ne saeuus verbis ac minis deterreatur, quominus experiatur, accommodabit illud ex eodem libro, ab Apolline dictum Aeneae:

160 Ἄλλ' ἰθὺς φέρε χαλκὸν ἀτειρέα, μηδέ σε πάμπαν

Λευγαλέοις ἐπέεσιν ἀποτρεπέτω καὶ ἀρειῆ, id est
Quin rigido ferro magis obuius ito, nec vnquam
Te saeuis dictis deterreat ille minisque.

[A]

CIBO OPVS DVRATVRIS IN LABORE

2818

165 Inituri bellum ne omnino ieiuni sint, ne viribus destituantur. Id trahi poterit ad
 studium literarum, ad exercitium pietatis atque alia complura. Ad id congruent
 versus Homerici ex Iliados T:

Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἤμαρ ἐς ἡέλιον καταδύντα
 Ἄκιμητος σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι·
 170 Ἐἴ περ γὰρ θυμῷ γε μενοινάα πολεμίζειν,
 Ἄλλά τε λάθρη γυῖα βαρύνεται, ἥδ' ἐκίχάνει
 Δίψα τε καὶ λιμός, βλάβεται δέ τε γούνατ' ἰόντι.
 Ὅς δέ κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς
 Ἄνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζει,
 175 Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσίν, οὐδέ τι γυῖα
 Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο, id est
Nam quis ad occasum vsque valebit solis ab ortu
Impastus iugi durans configere pugna?
Pectore enim quamuis sit prompto ad belligerandum,
 180 *Sensim membra grauant tamen, ac sitis atra famesque*
Corripiunt, genuaque labant tendentis in hostem.
Rursus erit quicumque satur vinoque ciboque,
Is demum poterit configere perdius hosti.
 185 *Huic animus viget vsque ferox, neque membra laborant*
Huic prius, ac victor bello submouerit omnes.

[A]

OMNIBVS ARMIS PRAESIDIISQVE DESTITVTVS

2819

Hominem inermem et omnibus destitutum praesidiis indicabimus hoc versu,
 qui est Iliados Φ:

133 Iliados σ F–I: eodem libro A–E.

135 φράζετο B–I: φράζσο A.

147 ἑκατόζυγος A–C: ἑκατόνζυγος D–I.

150 κ' G–I: δ' A–F.

158 saeuis B–I: senis A, corr. s.

166 atque G–I: adque A–F.

180 Sensim B–I: Sensium A, corr. s.

183 poterit A–F: potuit G–I.

2815

131 *Mens laeua* Nach Verg. *Aen.* II, 54.133 *Il.* XVIII, 312 sq.

2816

140 *Il.* XX, 201 sq.145 *Il.* XX, 246 sqq. (146 ἀμφοτέροισιν: 150
 τοῖόν κ' ἐπακούσας, cf. *Adag.* 27).

2817

159 *Il.* XX, 108 sq.

2818

167 *Il.* XIX, 162 sqq. (174 πολεμίζη: πολεμί-
 ζει Ald.).

2819

188 *Il.* XXI, 50 (τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε ... /

190 Γυμνός ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος οὐδ' ἔχεν ἔγχος, id est
Et clypeo simul et galea nudatus et hasta.

[A] FRVSTRA HABET QVI NON VTIIVR 2820

Si quem increpare voles, quod ingenio, diuitiis, literis non vtatur, cum habeat, conueniet illud ex eodem Iliados Φ:

195 Τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὐτως; id est
Cur frustra tibi iam gestatur inutilis arcus?

[A] IN FVGITIVVM 2821

200 Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam instigatur, praecipue parum honestam, vel magis si quis turpiter fugiat, in hunc quadrabit, si dixeris: Τοῦτον ἡ κυνάμυια ἄγει, id est *Hunc cynamyia rapit*. Sic enim in eodem libro Iuno de Marte e praelio fugiente:

Καὶ δ' αὖθ' ἡ κυνάμυια ἄγει βροτολοιγὸν Ἄρηα, id est
Pestiferum Martem rursus exagitat cynamyia,

[B] id est musca canina.

[A] CVM DIIS NON PVGNANDVM 2822

205 Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum superis, cum magnis principibus, quos Hebraeorum etiam literae vocant deos, vsurpabit illud ex eodem libro:

Θεοὶ δὲ τε φέρτεροι ἀνδρῶν, id est *Verum homines diis inferiores.*

LB 925 [F] De θεομαχεῖν diximus alibi. Pindarus in Pythiis hymno secundo sententiam
 211 hanc sic extulit: Χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, id est *Oportet aduersus deum non contendere.*

[A] AVTOR OMNIVM ET FONS 2823

215 Cum indicare volemus primum omnium autorem, vnde ceu capite proficiscantur omnia, maxima pariter et minima, veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium virtutum fontem, Homerum omnis poeseos patrem, non inconcinniter accommodabitur illud ex eodem libro de Oceano dictum:

Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
 Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρεῖατα μακρὰ νόουσιν, id est
 220 *Ex quo vno freta cuncta fluunt et flumina cuncta
 Et cuncti manant fontesque lacusque profundi.*

[A]

PRORSVS IGNOTVS

2824

225 In hominem, quem nobis mirum in modum ignotum videri volumus, per iocum torquebitur illud [G] ex eodem libro atque alias [A] apud Homerum frequens, [G] velut Odysseae α et ζ:

[A] Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἤδὲ τοκῆες; id est
Dic, quis et vnde venis, tibi vbi patria atque parentes?

230 Cognatum est illi: *Albus an ater sis, nescio*. [C] Poterit et ad rem applicari, veluti si dicamus aliquem omnis philosophiae imperitum in librum philosophicum incidisse:

Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἤδὲ τοκῆες;

[A]

QVOAD VIXERO

2825

Quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volumus, indicare licebit Homericum carmine, quod est in Iliados χ:

235 Ὅφρ' ἄν ἔγωγε
Ζωοῖσιν μετέω καὶ μοι φίλα γούνατ' ὀρώρα, id est
Donec
Viuos inter agam, genibus dum fulciar hisce.

193 eodem F-I; om. A-E.

199 cynamyia A B: cynamya C-I.

202 cynamyia A B: cynamya C-I.

216 accommodabitur B-I: accommoda-

uerit A.

219 id est B-G: om. H I.

236 γούνατ' F-I: γούνατα A-E.

Γυμνόν: Er. setzt den Nominativ, um dem Einzelvers den Adagiencharakter zu verleihen).

2820

193 Il. XXI, 474.

2821

199-200 Il. XXI, 421 (καὶ δὴ αὔθ': καὶ δ' αὔθ' Ald.).

2822

206 *Hebraeorum ... literae* Ex. 21, 6; 22, 7.8.27. Ps. 82, 1.6, cf. *Iob.* 10, 34. Von Moses Ex. 7, 1; danach Philo *Leg. alleg.* I, 40 Μωυσῆν οὐκ ὠκνησεν εἰπεῖν θεόν τοῦ Φαραώ. *De vita Mosis* I, 158 Ὁνομάσθη γὰρ [sc. Moses] ὄλου τοῦ ἔθνους θεός καὶ βασιλεύς.

207 Il. XXI, 264.

209 *alibi* *Adag.* 1444 (Cum diis pugnare).Pind. *Pyth.* 2, 88.

2823

215-216 *Homerum ... patrem* Der Vergleich

mit dem Oceanus ist angeregt durch Quint. *Inst.* X, 1, 46: „Quem ad modum ex Oceano dicit ipse [sc. Homerus] amnium fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit.“ Cf. Er. *De conscr. epist.* (1522), *ASD* I, 2, p. 336 sq.: „Homeri non poeseos modo sed omnis philosophiae parentis“; dazu Margolins Kommentar und M. Cytowska, in: *Philologus* 118 (1974), p. 150; dieselbe verweist p. 156, n. 76 auf unsere Stelle (lies *Adag.* III, 9, 23).

216 Il. XXI, 196 sq.

2824

224 *ex eodem libro* Il. XXI, 150.225 *Od.* I, 170; XIV, 187.228 *Adag.* 599.

2825

234 Il. XXII, 387 sq. (ὀρώρη).

Hoc imitatus Maro:

240 *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.*

[A] GLORIOSVM ET APVD POSTEROS 2826

Cum facinus significabimus, cuius famam et posteritas celebratura videatur, quadrabit illud ex eodem libro:

245 ἼΑλλὰ μέγα βέζας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, id est
Imo facinus insigne peregit,
Ipsa etiam quod posteritas exaudiat.

[A] VINDICTA TARDA, SED GRAVIS 2827

Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur semelque dependit superiora flagitia, congruet illud ex eodem libro:

250 Νῦν δ' ἄθρόα πάντ' ἀποτίσεις, id est *Nunc cuncta lues semel adglomerata.*

[G] Verba sunt Achillis ad Hectorem.

[A] ANCEPS EVENTVS REI 2828

Cum anceps rei discrimen significamus et incertum, vtro vergat victoria, congruet illud ex eodem libro:

255 Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα, id est
Tum pater auratas librabat utrinque bilances.

[F] Idem est Iliados Θ.

[A] MAGNA DE RE DISCEPTATVR 2829

260 Cum ingens certamen indicabimus nec leuia aut ludicra peti praemia, quadrabit illud ex eodem libro:

ἼΕπει οὐχ ἱερόιον οὐδὲ βοείην / ἼΑρνύσθην, id est
Neque enim illis victima siue / Bucula captabatur.

265 Dictum est de Achille et Hectore pro vita decertantibus. Vsurpatur a Luciano in Eunucho, cum ridet philosophos turpiter apud iudices de salario contententes. Carmen integrum sic habet:

ἼΕπει οὐχ ἱερόιον οὐδὲ βοείην
ἼΑρνύσθην, ἃ τε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,
ἼΑλλὰ περὶ ψυχῆς θεόν ἼΕκτορος ἱπποδάμοιο, id est

Neque enim illis victima siue

270 *Bucula captabatur, quippe haec praemia cursus,
Verum de vita currebant Hectoris.*

[F] Vergilius vertit Aeneidos libro duodecimo:

*Neque enim lenia aut ludicra petuntur
Praemia, sed Turni de vita et sanguine certant.*

LB 926 [A] OMISSIS NVGIS REM EXPERIAMVR

2830

276 Qui conuiciis omissis iubebit ipsa re periculum fieri, vter vincat aut vincatur, non intempestiuiter accommodauerit illud ex eodem libro:

Βέλτερον αὐτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν, ὅττι τάχιστα
Εἶδομεν, ὅπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ, id est
280 *Sed praestet pugnam committere cominus, vt mox
Vtri Iuppiter esse velit laudemque decusque
Perspicuum fiat.*

240 *reget A-H: regat I.*

250 ἀποτίσεις F-I: ἀποτίσει A-E; lues A
F-I: luet B-E.

254 ex eodem libro G-I: cum alias tum in
Iliados X [K s] A, quod est cum alias, tum
Iliados X [K B] B-F.

257 Θ F: χ G-I.

261 οὐχ A-H: οὐκ I; id est B E: om. F-I.

263 de F-I: ab A-E.

280 praestet C-I: praestat A B.

281 Vtri G-I: Pareat vtri A-F.

282 Perspicuum fiat G-I: om. A-F.

239 Verg. *Aen.* IV, 336 (*regit: reget* alte Vulgata, z.B. Ald. 1505, so Er. bis 1533; 1536, kaum von Er., durch das schlechtere „regat“ ersetzt). Die Parallele ist von Donat, Servius und Macrobius nicht verzeichnet. Sie scheint erst von Er. bemerkt worden zu sein. Cf. G.N. Knauer, *Die Aeneis und Homer*, Göttingen, 1964, der p. 74 und im Index, p. 489 (zu *Il.* XXII, 388) Eobanus Hessus in dessen Iliasübersetzung (1540) die Entdeckung dieser Homernachahmung Vergils zuschreibt. Über die Beziehungen des Eobanus Hessus zu Er. Allen, introd. Ep. 870.

2826

243 *Il.* XXII, 305.

2827

249 *Il.* XXII, 271.

2828

254 *Il.* XXII, 209.

256 *bilances* Dieses Wort für Wage ist antik nicht belegt, nur einmal „bilanx“ als Adjektiv bei „libra“ (Mart. Cap. II, 180). Substantivisches *bilances* begegnet für das mit-

tellateinische „bilancia“ in den *Glossae latinae-theodiscae* (8.-11. Jh.), edd. Steinmeyer-Sievers, zit. im *Mittellat. Wörterbuch*, edd. O. Prinz und J. Schneider, I, München, 1967, p. 1477: „Bilances dicuntur trutiniae ‘uuaga’.“ Das *Lexicon mediae et infimae latinitatis Polonorum* (Warschau, 1953) s.v. bilanx zitiert aus einem Humanistengedicht des 16. Jh.: „Dextera iustitiae iustas tenet aequa bilances“.

257 *Il.* VIII, 69.

2829

260 *Il.* XXII, 159 sqq.

263 Lucian. *Eun.* 3.

272 Verg. *Aen.* XII, 764 sq. Die Homerparallele ist im Serviuscodex Parisinus 7965, der 1459 in Ferrara geschrieben wurde, zu *Aen.* XII, 764 vermerkt (bei Thilo-Hagen im Apparat).

2830

277 *Il.* XXII, 129 sq. (in der Aldina fehlt die Interpunktion hinter τάχιστα, so dass der Eindruck entsteht, ὅττι τάχιστα gehöre zu εἶδομεν; Er. übersetzt dementsprechend).

[A]

METVS INFAMIAE

2831

285 Cum dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusque commoueri, quo minus mutemus consilium, conueniet illud ex eodem libro, [F] praeterea Iliados ζ, [A] quod frequenter vsurpat M. Tullius in Epistolis ad Atticum:

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἐλκεσιπέπλους, [B] id est
Troianos ac Troianas vereorque pudetque.

290 [A] Verba sunt Hectoris pudore nolentis in urbem recipere sese, ne quis opprobraret illi imputaretque Troianorum interitum.

[A]

ALIAM AETATEM ALIA DECENT

2832

Qui iam aliam aetatem significabit nec idem decere canum, quod iuuenem aliquando decuit, vsurpabit illud ex eodem libro, quanquam et alias iteratum:

295 'Ἄλλ' ὅτε δὴ πολιὸν τε κάρη πολιὸν τε γένειον, id est
Verum vbi iam canumque caput incanaque menta.

[A]

QVOD ALIIS VITIO VERTAS, IPSE NE FECERIS

2833

Quod damnaturus sis in aliis, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados Ψ:

300 Καὶ δ' ἄλλω νεμεσᾶτον, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι, id est
Imo adeo, si quisquam alius patrare pararet
Tale aliquid, damnaretis vitioque daretis.

[A]

AVT IPSE FVISTI AVT TVI SIMILLIMVS

2834

305 Si quando per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias, veluti si quem incuses, quod inter bibones compotauerit, isque sese neget fuisse, verum alium quempiam, non illepide detorseris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus:

Πάντ' αὐτῷ μέγεθος τε καὶ ὄμματα κάλ' εἰκυῖα,
Καὶ φωνήν, καὶ τοῖα περὶ χροῦ εἴματα ἔστο, id est
Cuncta ipsi similis vocemque oculosque decoros
Corporis atque modum, et talem gestabat amictum.

310

[A]

AVDIENS NON AVDIT

2835

Sunt quidam, qui, si quid parum placet, id scire dissimulant, veluti cum negant sibi redditas literas, quibus commonefiant officii sui, quod tamen malint effugere quam praestare; in hos quadrabit illud ex Iliados Ψ:

'Ως οὐκ ἄτοντι ἑοικώς, id est Dissimulans audisse.

315 De Antilocho dictum, qui Menelaum reuocantem a cursu cum audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celerius etiam currebat:

Ἀντίλοχος δ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἔλαυνε
 Κέντρῳ ἐπισπέρχων, ὡς οὐκ αἴοντι ἔοικώς, id est
 320 *Quin etiam cursum Antilochus magis accelerabat*
Instigans stimulis audireque dissimulabat.

[A] EX HABITU BONVM VIRVM PRAE SE FERT 2836

Qui dicet ex ipsa oris figura videri probum hominem, citabit illud ex Odysseae primo:

Οὐ μὲν γάρ τι κακῶ εἰς ὄψα ἔφκει, id est
 325 *Ex specie minime improbus ipsa | Esse videbatur.*

[H] M. Tullius in Verrem libro viii.: *Is erat Apronius, qui, ut ipse non solum vita sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua vorago est aut gurgis vitiorum turpitudinumque omnium.*

[A] ABSIT CLAMOR IN COLLOQVIO AVT LVSV 2837

330 Qui iubebit in conuiuio colloquoue temperari a vociferatione, accommodabit illud ex eodem libro:

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπόμεθα, μηδὲ βοητὺς
 Ἔστω, id est
Nunc bilares coenemus, et omnis clamor abesto.

298 ὅτις A: ὅς B-D, ὅς τις E-I; id est B-H:
 om. I.

307 περὶ χροῖ G-I: χροῖ περὶ A-F; ἔστο A-G:

ἔστω H I.

324 id est B-E: om. F-I.

2831

285 *Il.* XXII, 105 = VI, 442.

286 *Cic. Att.* VII, 12, 3; VIII, 16, 2; XIII, 13,
 2; XIII, 24 (immer nur αἰδέομαι Τρωῶας).

2832

293 *Il.* XXII, 74, ähnlich XXIV, 516 (οἰκτεί-
 ρων πολίων τε κτλ.).

2833

297 *Il.* XXIII, 494.

2834

305 *Il.* XXIII, 66 sq.

2835

313 *Il.* XXIII, 429 sq.

2836

322-323 *Od.* I, 411.

326 *Cic. Verr.* 2 III, 23 (Text nach Cratanders

Basler Gesamtausgabe Ciceros von 1528, der sich mit dem der Venediger Ausgabe der Reden von 1505 deckt). Nach der von Er. sonst verwendeten alten Zählung wäre dies das V. Buch der *Verrinen* (so z.B. *Adag.* 2865). Dieses wird in der Basler Ausgabe, die (wie auch die Aldina der Reden von 1519) sämtliche Reden durchzählt, ausserdem als Oratio VIII bezeichnet. Auffallend ist die wiederholte Erwähnung eben dieses *Verrinen*buches in dieser Centurie, immer in Zusätzen von 1533. Cf. *Adag.* 2865; 2868. Zusätze von 1533 aus den *Verrinen* auch *Adag.* 2764; 2314.

2837

331 *Od.* I, 369 sq.

LB 927

[A]

GRATA NOUITAS

2838

336 Si quando dices nuperrima quaeque vulgo maxime placere, non intemptium fuerit illud ex eodem libro:

Τὴν γὰρ αἰοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἦ τις ἀκούοντεςσι νεωτάτῃ ἀμφιπέληται, id est
340 *Cantio enim haec hominum longe est celeberrima vulgo
Et gratissima, quae nuperrima venit in aures.*

[H] Accinit huic Pindarus Olymp. hymno ix.: Αἶνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων, id est *Lauda vinum vetus, sed nouorum hymnorum flores*, sentiens gratiores esse hymnos, qui res nuper gestas celebrant, quam qui prisca tractant. [A] Pleraque commendat nouitas, potissimum apud imperitos. 345 Contra in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam; vnde Flaccus in Epistolis:

*Indignor quicquam reprehendi, non quia crasse
Compositum illepidene putetur, sed quia nuper.*

350 At caeteris ferme in rebus fauor nouitatis superiorum obliterat gratiam. Vnde Dauid episcopus Traiectensis, patre prognatus Philippo Burgundionum duce, huius qui nuper defunctus est proauo materno, vir doctus et cordatus, suadentibus quibusdam, vt propter aetatem ingrauescentem pateretur adiungi sibi designatum episcopum, ait sese diui Antonii exemplo commoueri, quo 355 minus id facere vellet. Nam hunc negligi coepisse, simul atque successisset Rochus recentior diuus. [G] Simile fastidium est humani ingenii in his, quae nobis ad manum sunt. Miramur enim exotica, quum interdum domi habeamus meliora. Id potissimum vsu venit in medicis: nostros fastidimus, licet eruditos, beluam e longinqua barbarie profectam suspicimus. Itidem pharmacopolae 360 magno emunt herbas e longinquo aduectas, quum interdum meliores nascantur in horto vicini. Id eleganter notauit Alexis apud Athenaeum libro tertio:

Ἐρῶμεν ἀλλοτριῶν, παρορῶμεν συγγενεῖς, id est
Alienum amamus, proximum contemnimus.

[A]

MVLIER PVDICA NE SOLA SIT VSQVAM

2839

365 Cum admonebimus non conuenire, vt pudica mulier sola citraque testes cum viris colloquatur, vsui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope:

Οὐκ οἴη, ἄμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δὺ' ἔποντο, id est
[B] *Haud sola, ast illam famulae binae comitatae.*

[A] FATALE VITAE TEMPVS EXACTVM 2840

370 In decrepitos, quorum aetas iam exacta videbitur, quadrabit ex eodem libro:

Νήπιοι, οἱ κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἡελίοιο
 Ἡσθιον, id est
*Dementes, vt qui sacros tibi, maxime Phoebe,
 Absumpserē boues.*

375 Nam per Solis boues annos fatales, vt opinor, innuit poeta.

[A] NON LVCTV, SED REMEDIO OPVS IN MALIS 2841

In malis non lamentis, sed auxiliis vtendum. Ad id conueniet illud ex Iliados ω, quamquam aliis item iteratum locis:

380 Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο, id est
Quippe nihil miseri fletus lamentaue prosunt.

[A] ADHVC ALIQVIS DEVS RESPICIT NOS 2842

Cum in rebus vehementer afflictis negabimus nos prorsus abiecisse animum,

348 crasse B-I: certasse A.

350 At A-G: Ac H I.

354 commoueri G-I: commoneri A-F.

356 diuus A-C E-I: diues D.

361 Athenaeum G: Atheneum H I.

367 id est B-F: om. G-I.

2838

337 *Od.* I, 351 sq.

342 Pind. *Olymp.* 9, 48.

347 Hor. *Epist.* II, 1, 76 sq.

351 *Dauid ... duce* David von Burgund, Bastard Philipps des Guten. Als Bischof von Utrecht hatte er am 25. April 1492 Er. zum Priester geweiht. Allen, Ep. 603, n.l. 11.

352 *qui nuper defunctus est* Philipp der Schöne, Herzog von Burgund, als Philipp I. König von Spanien, Sohn Maximilians und Marias von Burgund, der Tochter Karls des Kühnen und Enkelin des eben genannten Philipps des Guten, starb 1506 im Alter von 28 Jahren. Er. hatte 1504 im Auftrag der Stadt Löwen zum Empfang des jungen Fürsten den *Panegyricus ad Philippum* (ASD IV, 1) verfasst. Cf. Herdings Kommentar und Ep. 179 mit Allens Einleitung.

354-356 Antonius von Padua, gestorben 1231, heiliggesprochen 1232. Rochus von Montpellier, gestorben 1327; sein Kult als Schützer gegen die Pest verbreitete sich im

15. Jh., ohne eigentliche Kanonisierung.

359 *beluam ... profectam* Möglicherweise denkt hier Er. an Paracelsus, der eben im Februar 1528, wenige Monate vor dem Druck dieses Satzes (September 1528), aus Basel geflohen war. Cf. Allen zu Epp. 1808 und 1809 und insbesondere Ep. 2049, l. 58 sqq. (vom September 1528): „Ἰατρὸς ἐκεῖνος repetiit Venetiam. Mores hominis hic nemo probat, medicinam pauci. Ego cum homine tali nec amicitiam velim nec inimicitiam.“ Von Allen auf Paracelsus bezogen.

361 Alexis fr. 141, 3 K. bei Athen. III, 123 f. 2839

366 *Od.* I, 331 = XVIII, 207.

2840

370 *Od.* I, 8 sq.

375 *per Solis boues ... poeta* Nach Eust., p. 1717, 33 zu *Od.* XII, 130 = Aristot. fr. 175 Rose.

2841

377 *Il.* XXIV, 524. Ähnlich *Od.* X, 202; 568: Ἄλλ' οὐ γάρ τις πρῆξις ἐγένετο μυρομένοισιν.

verum esse spei nonnihil, conueniet illud, quod in eodem libro dicitur a Priamo:

385 Ἄλλ' ἔτι τις καὶ ἐμοῦ θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα, id est
Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

[A]

MORS OPTIMA RAPIT, DETERRIMA RELINQVIT

2843

Optima mors eripit e medio, relinquit deterrima. Proinde videmus quosdam prorsus inutiles Tithoniam aetatem viuere, paucissimos egregio praeditos ingenio ad senectae limen peruenire. In hanc sententiam quadrat illud ex eodem libro:

Τοὺς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λείπεται,
 Ψεῦσταί τ' ὀρχησταί τε χοροῖτυπήσιν ἄριστοι,
 Ἄρνῶν ἢ δ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆρες, id est
 395 *Sustulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta,*
Mendaces, saltatores, primique choreis
 LB 928 *Ducendis, agnis atque hoedis diripiendis*
Strennui.

[F] Celebre est illud Maronis:

400 *Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi*
Prima fugit, subeunt morbi etc.

Concinit et Theocritus in Epitaphio Bionis:

Ταῖς Νύμφαισιν ἔδοξεν αἰετὸν βάτραχον ἄδειν.
 Τοῖς δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ἔδει, id est
 405 *Sic visum est Nymphis, semper canit improba rana;*
Huic neque ego inuideo, nec enim bona carmina cantat.

[A]

DOMI MANENDVM

2844

Inutile diutius abesse domo relictis possessionibus. In eam sententiam quadrabit illud ex Odysseae Γ:

410 Καὶ σύ, φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τῆλ' ἀλάλησο,
 Κτήματά τε προλιπὼν ἄνδρας δ' ἐν σοῖσι δόμοισι, id est
Tu quoque, amice, domo diuturnus abesse caueto
Rebus itemque viris intra tua tecta relictis.

[B] Item Hesiodus:

415 Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι, id est
Esse domi praestat, quia damnosum foris esse.

[H] Refertur ex Euripide carmen hoc:

Μακάριος, ὅς τις εὐτυχῶν οἴκοι μένει,
 Ἐν γῆ δ' ὁ φόρτος καὶ πάλιν ναυτίλλεται, id est
 420 *Beatus is, qui in prosperis manet domi,*
Nam sarcina solo quae tenetur, denuo
Potest salo committi.

[A]

A SACRIS ABSTINENDAE MANVS

2845

425 Vulgo quoque creditum est fatum instare ei, qui sacris rebus ac deo dicatis
 manus iniecerit aut qui pios homines aut certe fungentes sacris ministeriis
 oppugnarit, veluti pontificem Romanum, episcopos, abbates, etiam si parum
 fuerint piis moribus. Id propemodum iam olim dictum est ab Homero Iliados
 P:

Ἵππότης ἀνὴρ ἐθέλει πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
 Ὅν τε θεὸς τιμᾶ, τάχα οἱ μέγα πῆμα κυλίσθη, id est
 430 *Cum diuo certare viro simulatque cupit quis*
Cuique deus bene vult, malum huic breui imminet ingens.

389 Tithoniam E-I: Thitoniā A-D.

393 χοροτυπήσιν B.AS: χοροτυπήσιν A-I.

2842

383 *Il.* XXIV, 374 (ἐμῆο Ald. mit Ligatur, so
 dass ἐμῆο daraus verlesen sein kann; cf.
Adag. 2709, n.l. 104).

2843

391 *Il.* XXIV, 260 sqq.

399 Verg. *Georg.* III, 66 sq.

402 Ps. Theocr. 37 Gallavotti (= Mosch. 3),
 106 sq. (ταῖς Νύμφαισι δ' ἔδοξεν: Er. streicht
 das für ihn überflüssige δέ; τῶ δ' ἐγὼ
 Gallavotti [ταῖς δ' ἐγὼ Wilam.]: τοῖς δ' ἐγὼ
 Ald. 1495 nach der handschriftlichen Über-
 lieferung).

406 *Huic* Er. gibt nicht das τοῖς der Aldina
 wieder, sondern die Verbesserung τῶ, die er
 der Ausgabe des Zacharias Kallierges
 (Rom, 1516) entnehmen konnte. In dersel-
 ben Ausgabe las er auch die Scholien (cf.
Adag. 2086, n.l. 694). Sowohl diese Ausga-
 be wie die Aldina 1495 figurieren in der
 Versandliste seiner Bücher: Nr. 98 Husner
 „Theocritus graece. εἰδυλλια ἐπιγραμ.“ be-
 zeichnet die Römer Ausgabe 1516, Nr. 294

„Theocritus cum alijs opusculis graecis“ die
 Aldina 1495. Ausserdem besass Er. noch
 zwei weitere Theokritausergaben: Nr. 106
 „Theocritus graece in 4^o“, womit wohl eine
 der Löwener Quartausgaben 1520, 1528
 (S.F.W. Hoffmann, *Lexicon bibliographicum*,
 III, Leipzig, 1836, p. 664) gemeint ist, und
 Nr. 99 „Θεόκριτος Latine & graece“, die
 erste zweisprachige Ausgabe, mit der Über-
 setzung des Eobanus Hessus, gleichzeitig in
 Basel und Hagenau, 1530/31 erschienen
 (*Catal. Bibl. Nat. Theocr.* Nr. 61; 62).

2844

409 *Od.* III, 313 sq. (ἄνδρας τ').

414 Hes. *Erg.* 365.

417 Eur. fr. 793 N. aus Stob. IV, 17, 18,
 p. 404 Hense. 1533 aus der bei Froben 1532
 erschienenen Gnomensammlung (cf. *Adag.*
 2013, n.l. 659), p. 217 entnommen.

2845

427 *Il.* XVII, 98 sq. (429 ἐθέλη: ἐθέλει Ald.;
 430 ὄν κε).

[A]

TVRPIS IACTANTIA

2846

435 Non est generosi animi iactare sese de his, quae fortiter aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro:

Οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάσθαι, id est
Haud sane pulchrum sese iactare superbe.

[A]

PRIOR OCCVPAT

2847

Vbi quis lucrum celeritate praeripuit cuiquam, conueniet illud ex Iliados χ:

440 Μή τις κῦδος ἄροιτο βαλῶν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι, id est
Ne quis praeriperet iaculans laudemque decusque,
Atque ita serior ipse veniret iamque secundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achiuis innuit, ne quis iaculum mitteret in Hectorem, quo sibi gloriam totam seruaret.

445

[A]

SACRA CELERIVS ABSOLVENDA

2848

In rebus diuinis attentum esse conueniet magis quam diuturnum, ne vilescant assiduitate, contra quorundam morem sacerdotum, qui nimium immorantur sacro precibusque, quas vocant horarias. Ad id torqueri poterit illud ex Odysseae Γ:

450 Οὐδὲ ἔοικε
 Διθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι, id est
Neque par est
In diuorum epulo sedisse diutius, imo
Surgere mature decet.

455

[A]

NE DII QUIDEM A MORTE LIBERANT

2849

Nemo tam charus superis, vt illorum fauore mortem euitarit. Huic sententiae suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium:

460 Ἴλλ' ἤ τοι θάνατον μὲν ὁμοῖον οὐδὲ θεοὶ περ
 Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, ὅπποτε κεν δῆ
 Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο, id est
At vero mortem communiter omnibus aequam
A dilecto homine neque dii depellere possunt,
Quem funesta dies fati iamiam vrget acerbi.

LB 929 [A] DEVS VNDECVNQVE IUVAT, SI MODO PROPITIUS 2850

465 Deus vbiq̄ue praesens adest, si faueat, neque refert, vbi gentium agas illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit ex eodem libro:

Ῥεῖα θεός κ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σώσσει, id est
Si libeat, seruare procul quoque numina possint.

[A] DE LAVTITIIS 2851

470 De cibis praelautis quadrabit illud ex eodem Odysseae Γ:

Ῥοφα τε, οἷα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες, id est
Qualia purpurei comedunt opsonia reges.

[B] Venustius fiet, si trahetur ad orationem supra modum elegantem quasi dignam deorum auribus.

475 [A] CONCORDIA 2852

In absolutam concordiam omniumque rerum consensum conueniet illud ex eodem libro:

Οὐδέ ποτ' εἰν ἀγορῇ, δίχ' ἐβάζομεν οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
 Ἄλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ, id est
 480 *Haud vnquam neque concio nos neque curia dictis*
Audiuit pugnare, animo sed semper eodem
Et sentire eadem atque eadem discernere vidit.

Verba sunt Nestoris de se deque Vlysse.

[A] FATVM IMMVTABILE 2853

485 Diuina decreta non commutantur, humanae leges pro tempore variantur, quemadmodum et mores et voluntates. Ad id congruet illud ex eodem libro:

434 his D-I: iis A-C.

460 πανηλεγέος D-I: πανηληγέος A-C.

470 ex eodem *scripsimus*: ex A-F, eodem

G-I.

472 Qualia B-I: Quali A, *corr. s.*

2846

435 *Il.* XVII, 19.

2847

439 *Il.* XXII, 207.

2848

449 *Od.* III, 335 sq.

2849

457 *Od.* III, 236 sqq.

2850

466 *Od.* III, 231.

2851

470 *Od.* III, 480.

2852

477 *Od.* III, 127 sq. (οὔτε ποτ': οὐδέ τέ ποτ' fehlerhaft Ald.; Er. stellt mit οὐδέ ποτ' den Versrhythmus her).

2853 Cf. *Adag.* 2886 (Fatvm ineuitabile) und 2907 (Ineuitabile fatvm).

486 *Od.* III, 147.

Οὐ γάρ τ' αἰψα θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων, id est
Non etenim diuum mens vertitur astricularum.

[A] SINE OPE DIVINA NIHIL VALEMVS 2854

490 Manca est omnis mortalium industria omnisque conatus, nisi fauor aspiret diuinus. Ad id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro:

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι, id est
Mortalis diuum auxilium desiderat omnis.

[A] INDVSTRIAM ADIVVAT DEVS 2855

495 In aggrediundo negotio quaedam humana ratione prouidentur, quaedam fortunae commoditas ipsaque res suppeditat. Id est apud Homerum cum alias aliquoties tum hoc, quem modo citauimus, libro:

Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νοήσεις,
 Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, id est
 500 *Haec partim ipse tuo perpendes pectore tecum,*
Partim diuum aliquis tibi suggeret.

[A] FAVSTVS EXITVS 2856

Cum significabimus rem, quam instituimus, bene cessuram ceu deo quopiam auspice, quadrabit illud ex Odysseae B:

505 Θάρσει, μαῖ', ἐπεὶ οὐ τι ἄνευ θεοῦ ἦδε γε βουλή, id est
Fide, hoc consilium non est sine numine, nutrix.

[A] AETATE PRVDENTIORES REDDIMVR 2857

510 Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quae quondam ob aetatis inscitiam arriserunt, sed vsu rerum auctam prudentiam, congruet illud ex eodem libro:

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.
 Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
 Πυνθάνομαι, καὶ δὴ μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός, id est
Eram adhuc puer, ast vbi iam sum
 515 *Grandior, et reddit me aliorum oratio doctum*
Ipseque grandescit mi animus.

Dicitur ad procos a Telemacho.

[A]

OCIOSVS ESTO

2858

Si quem iubebimus animo ocioso esse, tantum curare cuticulam, negocium
520 aliis curae futurum, accommodabimus illud ex eodem libro:

Μήτε τοι ἄλλο

'Εν στήθεσσι κακὸν μελέτω ἔργον τε ἔπος τε,

'Αλλὰ μάλ' ἐσθιέμεν καὶ πινέμεν ὡς τὸ πάρος περ, id est

Tute caueto

525

*Aut dicti aut facti cruciet tua pectora cura,
Quin tranquillus edasque bibasque ita, ut ante solebas.*

[A]

HAVD PERFICIET

2859

Qui dicet negocium, quod aliquis instituit, haudquaquam perfectum iri, verbis
Homericis id dicat licebit:

530

Τελέει δ' ὁδὸν οὔποτε τάυτην, id est

Verum hancce viam haud profecerit vnquam.

LB 930

[A]

CEDENDVM MVLTVTVDINI

2860

Qui suadebit non esse pugnandum vni cum multis et vbique multitudini
morigerandum, adducet illud ex eodem libro:

535

'Αλλά κεν αὐτοῦ ἀεικέα πότμον ἐπίσποι,

Εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο, id est

*Accerset mox ipse sibi crudelia fata,**Si multis pugnare velit.*

Iidem proci paulo superius:

540

'Αργαλέον δὲ

'Ανδράσι καὶ πλεόνεσσι μαχήσασθαι περὶ δαιτί, id est

488 *astricularum* Das Epitheton ist antik nicht
belegt.

2854

491 *Od.* III, 48.

2855

496 *alias* Cf. etwa *Il.* IX, 702 sq.: Achilles
μαχήσεται, ἔπποτε κέν μιν / Θυμὸς ἐνὶ στή-
θεσιν ἀνώγη καὶ θεὸς ὄρη.

497 *Od.* III, 26 sq.

2856

504 *Od.* II, 372 (οὔ τοι: οὔ τι Ald.).

2857

510 *Od.* II, 313 sqq.

2858

519 *curare cuticulam* Cf. *Adag.* 1575 (*Curare cuticulam*).520 *Od.* II, 303 sqq. (521 μή τι τοι: μήτε τοι Ald.).

2859

529 *Od.* II, 256.

2860

534 *Od.* II, 250 sq.539 *paulo superius* *Od.* II, 244 sq.

*Cum pluribus ardua res est
Depugnare viris inter conuiuia solos.*

[A] VANAE CONIECTVRAE 2861

545 In eos, qui de euentu negotii solent augurari, competit illud ex eodem libro:

Ὅρνιαθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἡελίοιο
Φοιτῶσ', οὐδέ τε πάντες ἐναίσιμοι, id est
*Ast permulta auium versatur in aethere turba,
Quarum non quaeuis portendere idonea fatum.*

550 [A] CERTVM PROSPICIO 2862

Qui se negabit temere male secusue de exitu rei cuiuspiam sentire, sed certis adductum argumentis, et pluribus experimentis obseruasse, accommodabit illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ ἀπειρήτος μαντεύσομαι, ἀλλὰ εὔειδώς, id est
555 *Nam neque inexpertus iam diuinauero, verum
Egregie callens.*

[A] DEVS VLCISCETVR 2863

Cum significabimus nobis in praesentia deesse facultatem depellendi, verum optare, vt superi puniant aliquando, vsui fuerit illud ex eodem libro:

Ἐγὼ δὲ θεοὺς ἐπιβώσομαι αἰὲν ἔοντας,
560 Αἶ κέ ποθι Ζεὺς δῶσι παλίντιτα ἔργα γενέσθαι, id est
*Ast equidem immortaleis implorauero diuos,
Si fors Iuppiter ipse vices aliquando reponat.*

[A] IN TEMPORE CAVENDA POENA MALI 2864

565 Quoties admonebimus, vt multo ante occurratur malo, priusquam oppresserit nos, aut cessandum a peccando, priusquam ingruat diuina vindicta, vsui fuerit illud ex eodem libro:

Ἄλλὰ πολὺ πρὶν
570 Φραζώμεσθ' ὥς κεν καταπαύσομεν, id est
*Verum nos multo ante modum finemque velimus
Ponere.*

Verba vatis minantis procis Vlyssis reditum.

[A]

DOMESTICVM MALVM

2865

Ad significandum priuatum ac domesticum malum, quod ad alios nihil
575 attineat, conueniet illud ex eodem libro:

Ἴλλ' ἐμὸν αὐτοῦ χρεῖος, ὃ μοι κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ, [B] id est
Porro malum, nostras quod in aedes incidit, vnum
Ad me pertinet.

[H] M. Tullius in actione in Verrem v. *domesticum ac vernaculum crimen* appellat,
580 quod intra parietes admissum nondum peruenit in publicum rumorem.

[A]

SENVVM PRVDENTIA

2866

In senem plurimarum rerum vsu peritum quique multa meminerit superioribus
acta seculis quadrauerit illud ex eodem libro:

Παλαιὰ τε πολλὰ τε εἰδώς, id est *Qui antiquaque multaue norat.*

585 [A]

PREMENDA OCCASIO

2867

Qui significabit modis omnibus instandum esse nec omittendam e manibus
semel oblatam occasionem, accommodabit illud ex Odysseae δ:

Ἵμεῖς δ' ἀστεμφέως ἐχέμεν μᾶλλον τε πιέζειν, id est
Vos premite et vinculis magis arcte stringite captum.

590 Quod quidem detorquere licebit ad id, cum dicemus impetus animi hoc magis
ac magis esse coerendos rationis moderamine, quo magis efferuescunt et ad
malum sollicitant.

543 solos B-I: soli A.

545 competit C-I: competet A B.

561 Αἱ κέ ποθι Ζεὺς δῶσι D-I: Αἴκε Ζεὺς
δῶσι A-C.

565 admonebimus I: admonebis A H.

576 ὃ μοι D-I: ὃ μὲν A-C; ἔμπεσεν B I:
ἔμπεσον A.

586 omittendam A B: obmittendam C-I.

2861

545 *Od.* II, 181 sq.

2862

553 *Od.* II, 170 (μαντεύομαι: μαντεύσομαι
Ald.; ἀλλ' εὖ: ἀλλ' εὖ Ald., daraus macht
Er. vielleicht absichtlich zur Vermeidung
des Spondeus ἀλλὰ εὖ).

2863

559 *Od.* II, 143 sq.

2864

567 *Od.* II, 167 sq.

2865

575 *Od.* II, 45.579 Cic. *Verr.* 2 III, 141. Cf. *Adag.* 2836, n.l.
326.2866 Cf. *Adag.* 2974 mit demselben Ti-
tel.583 *Od.* II, 188.2867 Cf. *Adag.* 670 (Nosce tempus), LB
II, 289 D-290 D.587 *Od.* IV, 419.

[A]

OMNIBVS NERVIS

2868

595 Cum innuemus in negotio quopiam omneis expromendas vires, omneis neruos intendendos, conueniet illud ex eodem loco:

LB 93 I Καὶ τότε ἔπειθ' ὑμῖν μελέτω κάρτος τε βίη τε, id est
Dein vobis curae sunt viresque vigorque.

[H] Adsimili specie Pindarus dixit Olymp. x.:

600 Τίς δὴ ποταίνιον ἔλαχε στέφανον
Χεῖρεςσι ποσί τε καὶ ἄρμασιν ἀγώνιον;

id est *Quis tandem assequutus desiderabilem coronam manibus pedibusque et curribus?* Hic locus addendus erat prouerbio *Manibus pedibusque*, sed illae paginae iam exierant manus meas. Marcus Tullius libro in Verrem quinto: *Attendite, indices, omnibus enim neruis mihi contendendum est.*

605

[A]

CVM PRINCIPE NON PVGNANDVM

2869

Qui significabit arduum principem a priuato superari [B] aut difficillimum vincere naturam, [A] vsurpabit illud ex eodem libro:

Ἄργαλέος γάρ τ' ἐστὶ θεὸς βροτῶ ἀνδρὶ δαμῆναι, id est
Ardua res homini mortali vincere numen.

610

[A]

INGENS DISCRIMEN

2870

Ingens interuallum, veluti si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniae studium et sapientiam, hoc versu licebit significare [F] ex eodem libro:

[A] Τόσσον ἀνευθ', ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἦνυσεν, ἥ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείησεν ὀπισθεν, id est
615 *Tantum aberat, quantum cursu ratis acta diurno
Conficiat spatii, quam prouebat aura secunda.*

[A]

APERTE SIMPLICITERQVE LOQVI

2871

Simpliciter et aperte dicturos nos citraque ambages significabimus hoc carmine, quod est in eodem libro:

620

Οὐκ ἂν ἔγωγε
Ἄλλα παρέξ εἴποιμι παρακλιδὸν οὐδ' ἀπατήσω, id est
Non fucis te dissimulans decepero fictis.

[A]

RERVM OMNIVM VICISSITVDO

2872

625 Variarum fortunarum vices, et nunc laeta contingunt unicuique, nunc tristitia. Ad eam sententiam applicabitur illud ex eodem libro:

Ἄτὰρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῃ / Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε διδοῖ, id est
Nunc huic, nunc Iuppiter illi | Nunc laeta immittit, nunc tristitia.

[A]

FESTIVVS SERMO

2873

630 Vbi quis in conuiuio sermonem inducit admodum hilarem ac festiuum, qui discutiat omnem tristitiam, conuenit illud ex eodem libro, quod Homerus finxit de Helena pharmacum immittente in conuiuiarum cyathos, quod omnium anteactorum induceret obliuionem:

635 Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον,
Νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἀπάντων, id est
In vinum immisit mox pharmacon, vnde biberunt,
Luctusque bilisque malique obliuia cuncti.

[G] Huius meminit Plinius libro xxv. *Nobile*, inquit, *illud* <nepenthes> *obliuionem tristitiae veniamque adferens et ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum.*

595 ex eodem B–I: eodem ex A.

597 viresque A–G: vires H I.

613 τε D–I: om. A–C.

614 id est B–H: om. I.

630 conuenit H I: conueniet A–G.

633 φάρμακον B–I: φόρμακον A, corr. s; ἔπινον D–I: ἔπινεν A–C.

637 nepenthes *suppleuimus* e Plinio: om. G–I.

2868

593 Titel nach *Adag.* 316. Cf. *Nachträge zu Otto*, p. 255.595 *Od.* IV, 415.

598 Pind. *Olymp.* 10, 60 sqq. (ποσίν τε καὶ ἄρματι: ποσί τε καὶ ἄρματι Ald. 1513, ποσίν τε καὶ ἄρμασιν ed. Bas., 1526; die Römer Ausgabe von 1515, die Er. nachweislich besass – cf. *Adag.* 2424, n.l. 519 –, ist uns nicht zugänglich). ἀγώνιον gehört bei Pindar eigentlich zum folgenden ἐν δόξῃ θέμενος εὐχος; in der Aldina wie in der Basler Ausgabe steht aber hinter ἀγώνιον Interpunktion, so dass der Leser das Wort zu στέφανον zieht. In der Übersetzung ist es nicht wiedergegeben, denn *desiderabilem* steht doch wohl, allerdings unrichtig, für das seltene ποταίνιον (ἀντί τοῦ πρόσφατον, νεαρόν Schol. 72 sq.).

602 *Adag.* 315.603 Cic. *Verr.* 2 III, 130 (conitendum: *contendendum* edd. vett.). Cf. *Adag.* 2836, n.l. 326.

2869

607 *Od.* IV, 397.2870 Cf. *Adag.* 2781 mit demselben Titel.

612 *Od.* IV, 356 sq. (ἐπιπνείησιν, in der Aldina im Unterschied zur ed. pr. ohne Iota subscriptum, was neben dem vorausgehenden ἤνυσεν Er. zu der unmöglichen Form ἐπιπνείησεν verführt haben mag).

2871

619 *Od.* IV, 347 sq.

2872 Der Titel ist nach Ter. *Eun.* 276 gestaltet. Das Thema ist in *Adag.* 663 und in *Adag.* 664 (Iucunda vicissitudo rerum) ausführlicher behandelt. Cf. Otto 1292.

625 *Od.* IV, 236 sq.

2873

630 *Od.* IV, 220 sq. Genau nach seiner Anweisung verwendet Er. das Adagium am Anfang der *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 71, l. 12. Cf. M. Cytowska, in: *Philologus* 118 (1974), p. 155.

637 Plin. *Nat.* XXV, 12; *nepenthes* steht richtig auch im Text der frühen Pliniusausgaben.

640 Dioscorides libro iiii. refert herbam ἄλυπον, quae inferne sumpta atrae bili medeatur. Vnde et nomen inditum videtur, quasi dolore carens, quemadmodum νηπενθές et ἄδιψον, quod luctum ac sitim pellant.

[A] QVI NOCERE POTEST ET IDEM PRODESSE 2874

645 In medicos imperitos, qui non raro venenum pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodem libro, quod vsurpauit in Pseudomante Lucianus estque pluribus apud Homerum locis:

Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά, id est
Pharmaca mista, salubria multa, at noxia multa.

Idem quadrabit in hominem et bonis et malis instructum artibus, qui vel iuuare possit, si velit, vel laedere.

650 [A] ASSEVERANTIUS DICERE 2875

Audacius quippiam et asseuerantius dicturi, quod nobis tamen ita videatur, adducemus illum eodem ex libro versum, quo Helena vtitur de Telemacho:

655 Ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἔρέω, κέλεται δὲ με θυμός, [B] id est
*Mentiar aut verum dicam, mens attamen ipsa
 Imperat, vt dicam.*

[F] Idem carmen extat Iliados K.

[A] ARRIPIENDA QVAE OFFERVNTVR 2876

Solennis est multisque locis iteratus versiculus hic:

1.B 932 Οἱ δ' ἐπ' ὀνειῶθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἱαλλον, [B] id est
 660 *Quisque sibi appositis, si quid foret utile, promptas
 Admouere manus.*

[A] Quem torquere licebit in tutores, qui rem nacti pupillorum manus iniiciunt interque se partiti sibi vindicant. Aut in simile hominum genus inuadentium et inuolantium aliena.

665 [A] PRINCIPVM FAVOR NECESSARIUS 2877

Vbi quis inuitis principibus conatur extricare sese e malo quopiam aut lite, a qua non possit explicari nisi adiutus illorum fauore, conueniet illud ex eodem libro dictum in Aiacem Oileum:

670 Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, id est
*Iactabat sese spatiosi ex aequoris altis
 Emersurum vndis, inuito numine diuini.*

[A]

NEGOCIVM NON APTVM

2878

Qui recusat munus aut prouinciam sibi parum accommodam aut qui negabit accersere velle sese quempiam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non videatur, vsurpabit illud ex eodem libro:

Ἴππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, id est
Caeterum equos Ithacam non duxero.

Verba sunt Telemachi recusantis equos, quos Menelaus offerebat dono, quod Ithacensis insula non esset opportuna alendis equis, quippe petricosa minimeque pascuis apta.

[A]

OBTESTATIO VETERVM MERITORVM

2879

Cum obtestabimur per memoriam veterum officiorum, conueniet illud ex eodem libro, quanquam et alias apud hunc poetam:

Ἦ βοὸς ἢ οἶος κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα,
Τῶν νῦν μοι μνηῆσαι, id est
Si aut bouis aut ouis incendi tibi pinguia membra,
Horum nunc memor esto.

Sunt autem verba Penelopes precantis numen, vt memor sacrificiorum et nidoris, quo saepenumero pastum est, nunc vicissim opituletur.

641 νηπενθές: νεπενθές G-I.

651 tamen F-I: om. A-E.

652 Helena ... Telemacho F-I: Telemachus
vritur Menelai domum laudaturus A-E.

669 Φῆ ξ' D-I: Φῆσ' A-C.

676 Ἴππους B-I: Ἴππος A.

677 Ithacam B-I: Itacham A, corr. s.

683 poetam G-I: poetam frequens A-F.

684 ἔκηα A-C: ἔκηε D-I.

685 Τῶν νῦν μοι restituimus: Τῶν νῦν A-C, Νῦν
μοι D-I.

688 Penelopes G-I: om. A F.

639 Diosc. IV, 178.

641 ἄδιψον Diosc. III, 5 (= γλυκύρριζα).

2874

644 Od. IV, 230.

Lucian. Alex. 5.

645 pluribus ... locis Der Vers steht nur Od.
loc. cit.

2875

652 Od. IV, 140.

656 Il. X, 534.

2876

658 Od. IV, 67; 218; I, 149; V, 200; VIII, 71
und oft. Auch Il. IX, 91; 221; XXIV, 627.

2877

667-668 Od. IV, 504.

2878

675 Od. IV, 601.

679 petricosa Scheint von Er. gebildet in Er-
weiterung des bei Plin. Nat. und in der
Vulg. bezeugten „petrosa“.

2879

683 Od. IV, 764 sq. (ἔκηε, so auch hier von
1520 an. 1508 hatte Er. aber absichtlich, wie
die Übersetzung zeigt, die 1. Person einge-
setzt, wie sie im gleichen Versschluss Il. I,
40 steht). Derselbe Vers mit dem Schluss
μηρία καίων Il. XV, 373.

690 [A]

CONVIVA NON CONVIVA

2880

In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, verum spectator duntaxat eorum, quae apponuntur, nam hoc pacto quidam sordide magnifici conuiuas suos tractant, quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope:

695 Κεῖτ' ἄρ' ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος, id est
Incoenatus et impastus potuque ciboque | Accubuit.

[A]

VNDECVNQVE LVCRVM CAPTANT

2881

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecunque, si quis *incidit in casses*, quem possint expilare, congruet illud, quod in eodem est libro:

700 Αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάσκον
 Γναμπτοῖς ἀγκίστροισι, ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός, id est
Semper enim quaqua patet insula piscibus hamo
Insidiabantur, ventrem famis enecat atra.

[A]

INGRATITVDO VVLGI

2882

705 Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quod intelligat superiorum officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter vsurpauerit illud ex Odysseae ε, quod idem est et aliis locis:

Μὴ τις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω
 Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα εἰδώς,
 710 'Ἄλλ' αἰεὶ χαλεπὸς τ' εἶη καὶ αἴσυλα ῥέζοι, id est
Posthac ne placidus sit quisquam neue benignus
Nec mitis iustique tenax rex sceptriger vnquam,
Sed semper ferus esto et semper iniqua patrato.

[A]

MVNERVM CORRVPTELA

2883

715 In eum, qui rem auro donisque aggreditur, non infestiuiter torseris illud ex eodem libro dictum de Mercurio sumentе caduceum:

Εἴλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
 Ὃν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει, id est
Corripuit virgam, qua mulcet lumina somno,
 720 *Quoruncunque velit, soluit quoque lumina somno.*

Quadrat enim pulchre in munera, quod de virga Mercuriali dictum est, quibus velut expergefiunt iudices, antea ceu dormitantes, et rursum infesti placantur,

vt in causa velut obdormiscant conniueantque. [H] Aristophanes in Concionatricibus ait deos quoque capi donis eoque manibus stare supinis:

- LB 933 Ὅταν γὰρ εὐχόμεσθα διδόναι τὰγαθὰ,
726 Ἔστημεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν,
Οὐχ ὥς τι δώσουντ', ἀλλ' ἕπως τι λήψεται, id est
Nam quum precamur, largiantur vt bona,
Manum supinam porrigentes stant, velut
730 Nihil daturi, sed recepturi magis.

Interpres admonet statuas deorum olim fere supinis manibus fingi solere. Supinam autem appellat repandam, velut ad excipiendum compositam.

[A]

PRINCIPES INTER SE NOTI

2884

- 735 Qui dicit mutuam principum [B] aut eruditorum [A] inter ipsos esse notitiam, etiam si diuersas longeque dissitas habitent regiones, vsurpare poterit illud ex eodem libro:

- Οὐ γὰρ τ' ἀγνωῶτες θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται
'Αθάνατοι, οὐδ' εἴ τις ἀπόπροθι δώματα ναίει, id est
Non ignoti inter se sunt dii morte carentes,
740 Quanquam semoti diuersa in sede morentur.

[B] Torqueri poterit et in satrapas istos, qui, tametsi belligerari videntur magnoque rerum tumultu confictari, tamen ipsi clanculum inter se colludunt,

698 incidit B-I: incidat A.

703 famis A-G: fames H I.

737 ἀγνωῶτες F-I: ἀγνωῶτες γε A-D, ἀγνωῶτες

δὲ E.

739 dii F-I: diui A-E.

2880

691-693 qui accumbit ... tractant Angeregt von Lucian. *De merc. cond.* 26 (cf. die Übersetzung, *ASD* I, 1, p. 565, l. 8 sqq.).

693 *Od.* IV, 788.

2881

698 incidit in casses Nach Ov. *Ars* II, 2: „Decidit in casses praeda petita meos“.

699 *Od.* IV, 368 sq. (ἀγχιστρουσιν).

703 famis Die seltene Form ist seit dem 4. Jh. n. Chr. belegt, z.B. Prud. *Psychom.* 479. Die 1533 dafür eingesetzte Normalform fames ist wegen der langen Schlussilbe metrisch hier nicht brauchbar.

2882

707 *Od.* V, 8 sqq. = II, 230 sqq.

2883

716 *Od.* V, 47 sq.723 Aristoph. *Ecccl.* 781 sqq.731 *Interpres* Schol. zur Stelle.

2884

736 *Od.* V, 79 sq.

741-744 satrapas istos ... tyrannidem Cf. *Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis), supra p. 172 sq., l. 286 sqq.: „Iustum bellum appellant, cum ad exhauriendam opprimendamque rempublicam principes inter se colludunt.“ „Satrapae“ für weltliche Fürsten ebenda, p. 174, l. 311: „Satrapas aequant sacerdotes.“ Der Zusatz in B ist gleichzeitig mit der Fürstenkritik in den grossen Adagia von 1515, so *Adag.* 1201 (Aut regem aut fatuum nasci oportere); 842 (A mortuo tributum exigere); 2601 (Scarabeus aquilam quaerit).

hoc tantum agentes, vt suam vterque plebem exhauriat et imminuta reipublicae autoritate suam constabulant tyrannidem.

745 [A] PERICVLVM NE TEMERE SVBEAS 2885

Nemo longam nauigationem suscipit animi causa, sed adactus graui quapiam necessitate, aut nemo diuturnum grauemque laborem capessit temere. Ad id congruet illud ex eodem libro:

750 Τίς δ' ἂν ἐκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἀλμυρὸν ὕδωρ; id est
Quis tantum salsi laticis percurreret vitro?

[A] FATVM INEVITABILE 2886

Quod fatis decretum est, id nemini licet euitare. Ad eam sententiam faciet illud ex eodem libro:

755 Ἄλλὰ μάλ' οὐπως ἐστὶ Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὐδ' ἀλιῶσαι, id est
*At mentem Iouis haud vllis rationibus vnquam
Diuorum quenquam vitare aut fallere fas est.*

[A] FATIS ADACTVS 2887

760 In eum, qui non sponte, sed casu velutique fatis impellentibus in aliquod vitae genus incidit, congruet illud ex eodem libro:

Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἀνεμός τε φέρων καὶ κύμα πέλασσε, id est
Ast hunc huc ventusque ferens atque appulit vnda.

[A] MALE CONIVGATI 2888

765 In eum, qui coniugio vinctus est cum ea, quam non amet vicissim ex animo, quamuis ob voluptatem vxoriam ametur, non inscite torquebitur illud [G] ex eodem libro:

[A] Ἄλλ' ἦ τοι νύκτας μὲν ἰαύεσκεν μὲν ἀνάγκη
Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι παρ' οὐκ ἐθέλων ἐθειλόσῃ,
Ἦματα δ' ἐν πέτρῃσι καὶ ἠϊόνεσσι καθίζων
770 Δάκρυσί τε στοναχῇ τε καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων. Id est
*Sed nolens licet ac vi cum illa nocte cubabat
Nolens cum cupiente sub antris conditus atris.
Verum perditus in scopulis ac littore sedit,
Excrucians animum lachrymis curis gemituque.*

775 [A] SI DEVS VOLVERIT 2889

De re futura, cuius exitus pendeat a dei fauore; nam etiam vulgo dicunt ominis causa: 'si deus voluerit', atque ita nos loqui Iacobus apostolus docet. Id Homericō versu licebit explicare, si quando iocabimur apud eruditos:

780 Αἱ κε θεοί γ' ἔθέλωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὸν ἔχουσιν, id est
Diis ita si visum fuerit, quos gestat Olympus.

[A] SVADEO, QVOD IPSE FACTVRVS ESSEM 2890

Cum alteri damus consilium, quo non grauemur ipsi vti in simili causa, conueniet illud Calypsus ex eodem libro:

785 Ἄλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι, ὅσσ' ἂν ἐμοί περ
 Αὐτῇ μηδοίμην, ὅτε με χρειώ τόσον ἴκοι, id est
*Sentio suadeboque tibi, quibus haud grauer vti
 Ipsa, mihi similis si quando occurreret vsus.*

[A] MALORVM ASSVETVDO 2891

LB 934 Qui malis assueuit ac permulta tulit, commodius fert et aliud, si quod
 790 incidit infortunium. Ad id conueniet illud eodem ex libro sub persona
 Vlyssis:

795 Ἦδη γὰρ μάλα πόλλ' ἔπαθον καὶ πολλὰ μόγησα
 Κύμασι καὶ πολέμῳ, μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω, id est
*Iam tuli et ante mali multum multumque laborum
 Fluctibus et bellis, age et hoc accesserit illis.*

746 quariam A-H: quampiam I.

749 τοσσόνδε A-C: τόσσον D-I; διαδράμοι
 D-I: διάδρομοι A-C.

754 αἰγιόχοιο B-I: αἰγιογίοιο A.

755 ἀλιῶσαι B-I: ἡλιῶσαι A.

763 coniugati C-I: coniugatus A, coniugatis
 B.

767 ἰάβεσκεν D-I: ἰάνεσκεν A-C.

770 Δάκρυσί τε στοναχῆ τε F-I: Δάκρυσι στο-
 ναχῆ A-E.

776 nam E-I: nunc A-C, non D.

779 τοὶ οὐρανὸν B-I: οὐρανὸν τοὶ A.

781 ipse A-G: om. H I.

784 ὅσσ' B-I: ἄσσ' A.

785 ἴκοι scripsimus sec. Ald.: εἴκοι A B, ἦκοι
 C-I.

2885

748 *Od.* V, 100.

2886 Cf. *Adag.* 2853 (Fatum immuta-
 bile) und 2907 (Inevitabile fatum).

753 *Od.* V, 103 sq. (οὐθ' ἄλιῶσαι).

2887

760 *Od.* V, 134.

2888

766 *Od.* V, 154 sqq. (767 καὶ ἀνάγκη; 770
 δάκρυσι καὶ στοναχῆσι).

2889

777 *Iac.* 4, 15.

778 *Od.* V, 169.

2890

783 *Od.* V, 188 sq. (ἄσσ' ἂν, so auch Er. 1508
 nach Ald.: 1515 in ὅσσ' ἂν geändert, wie in
Adag. 2907, l. 97).

2891

790 *Od.* V, 223 sq.

[A]

FORTVNA REDDIT INSOLENTES

2892

In eum, qui, posteaquam fortuna secundior affulsit, animos item effert et paulo confidentius gerit sese, quadrabit illud ex eodem libro:

800 Γηθόσυνος δ' οὐρῶ πέτασ' ἰστίᾳ δῖος Ὀδυσσεύς, id est
Laetatus ventis pandebat vela secundis.

[A]

MODERATOR NEGOCII

2893

Carmen, quod ibidem proxime consequitur, conueniet in eum, qui prudentia et autoritate sua negotium aliquod moderatur:

805 Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήεντως, id est
Ille ratem clauo scite docteque regebat.

[A]

TACITE STOMACHARI

2894

In eum, qui secum indignatur, quadrabit illud ex eodem libro:

810 Ὅ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον, id est
Illi cor magis atque magis succenditur ira.

De Neptuno dictum indigne ferente, quod Vlysses prospere nauigaret.

[A]

QVI CONTVRBAT OMNIA

2895

In eum, qui maximas vndique ciet turbas, apte detorquebitur illud ex eodem libro:

815 Πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας | Παντοίων ἀνέμων, id est
Omneis omnigenum ille procellas | Ventorum ciet.

[A]

NON ABIICIT ANIMVM

2896

820 De eo, qui ne in afflictissimis quidem rebus spem aut consilium abiicit - quemadmodum apud Maronem Latinus *rerumque reliquit habenas* -, sed de recipiendo se vtcunque cogitat, apposite dicitur, quod inibi dictum est de Vlysse:

Ἄλλ' οὐδ' ὧς σχεδίης ἐπελήθετο τειρόμενός περ, id est
*At neque sic licet afflictus obliuia cepit
 Nauigii.*

[A]

MALIS MALA SUCCEDVNT

2897

825 In eum, qui variis exercetur incommoditatibus fortunae, nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis atque aliis malis, conueniet illud ex eodem libro:

"Αλλοτε μὲν τε νότος βορέη, προβάλεσκε φέρεσθαι,
 "Αλλοτε δ' αὖτ' εὖρος ζεφύρω εἴζασκε διώκειν, id est
Tradebat notus hunc boreae quandoque uehendum,
 830 *Nunc rursus zephyro iactandum tradidit eurus.*

[H] Ausonius in epigrammate eleganter dixit *Catenatos labores*, quod negocium ex negocio seritur. Cui contrarium est quod ait Pindarus Olymp. viii.: Ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς ἔργα θέλοι δόμεν. Optat, vt Iuppiter *velit illi benefacta benefactis cumulare.*

835 [A]

HOSPITIS HABENDA CVRA

2898

Qui dicet hospitem habendam esse rationem, vsurpabit illud ex eodem libro:

Αἰδοῖος μὲν τ' ἐστὶ καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι,
 Ἄνδρῶν ὅς τις ἵκηται ἀλώμενος ὡσπερ ἐγὼ νῦν, id est
Nam diuis reuerendus et immortalibus ille est,
 840 *Quicumque appulerit multis erroribus actus*
Nunc uti ego.

[A]

DIVITIAE NON SEMPER OPTIMIS CONTINGVNT

2899

Qui dicet opes non semper cordatissimis, sed pro fortunae arbitrio nunc huic, nunc illi contingere, citabit illud ex Odysseae Z:

807 ex A-H: om. I.

810 prospere nauigaret F-I: emersurus e
 tempestate videretur A-E.

812 detorquebitur I: torquebitur A-H.

817 in A-C: om. D-I.

821 τειρόμενός A-G: πειρόμενός H I.

822 At scripsimus: Ac A-I; cepit D-I: coepit
 A-C.

832 seritur H: feritur I.

843 cordatissimis C-I: contingere cordatissi-
 mis A B.

2892

798 *Od.* V, 269.

2893

802 *ibidem proxime* *Od.* V, 270.

2894

807 *Od.* V, 284.

2895

812-813 *Od.* V, 292 sq.

2896

818 *Verg. Aen.* VII, 600.819 *inibi* *Od.* V, 324.

2897

826 *Od.* V, 331 sq.831 *Auson.* 362, 14 (nach *Martial.* I, 15, 7).
 Cf. *Adag.* 1927, *LB* II, 690 E.832 *Pind. Olymp.* 8, 84.

2898

836 *Od.* V, 447 sq. (ὡς καὶ ἐγὼ νῦν).

2899

844 *Od.* VI, 188 sq. (Ζεὺς δ' αὐτός).

845 Ζεὺς αὐτὸς νέμει ὄλβον Ἰούλυπιος ἀνθρώποισι,
 Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλησιν, ἐκάστω, id est
Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse,
Sic visum ut fuerit, cuicumque, bonoive maloive.

850 Dicuntur a Nausicaa ad Vlysem mendicantem, nec illum ob inopiam habet
 despectui, quae fortunae sit imputanda, non homini, si is modo fuerit alioqui
 cordatus.

LB 935 [A] MVNVS EXIGVVM, SED OPPORTVNVM 2900

855 Cum munus indicamus precio quidem perpusillum, sed tamen accipienti pro
 tempore gratissimum, veluti si quis panem porrigat de vita periclitanti,
 citabimus illud ex eodem libro:

Δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε, id est
Exiguum munus, gratum tamen.

[F] Idem carmen extat in ζ.

849 Nausicaa A–F: Nausica G–I.

853 indicamus G–I: indicabimus A–F.

2900
 855 *Od.* VI, 208.

858 *Od.* XIV, 58.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA X

[F]

QVO TRANSGRESSVS ETC.

2901

Inter philosophos vix alium reperias, qui religiosius instituerit adolescentiam
 quam Pythagoras, vnde et superstitionis nonnihl admiscuit, quod rudis aetas,
 5 quemadmodum et indocta multitudo, nudis et apertis philosophiae praeceptis
 regi non queat. Huc nimirum pertinebat carnum interdictus esus, holerum
 commendatio et quinquennis ἐχεμυθία, postremo symbolorum velut oracula
 quaedam, prius ediscenda quam intelligerentur. Ab huius institutis quaedam
 aemulati videntur qui nunc solo titulo fere monachi sunt. Ac minimum quidem
 10 peccant qui ventrem ac linguam habent castigatam, tamen, quoniam vix
 hominis est cauere, necubi labatur, proximum est, vt a se quisque subinde
 gestorum rationem exigat et, si quid erratum est, corrigat, si quid cum officio
 factum, in eo perseueret atque in melius proficiat. Huius salutiferi praecepti
 ceu symbolum quoddam tradidit carmen (cuius autoris incertum, nam apud
 15 Homerum non reperio), quo delectatus videtur et Plutarchus, nam ne hoc
 quidem viro quicquam sanctius inter philosophos ethnicos. Carmen autem sic
 habet:

Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; id est
Lapsus vbi? quid feci? aut officii quid omissum est?

2901 Das 1526 neu geschaffene Adagium ersetzt an dieser Stelle „Glaucus comesa herba habitat in mari“ (jetzt *Adag.* 3063), das von 1517 bis 1523 an der Spitze der Centurie gestanden hatte. In den ersten Ausgaben (1508 bis 1515, mit anderer Zählung) folgten die jetzigen Adagien 2900 und 2902 unmittelbar aufeinander.
 2 Der Titel bezieht sich auf den unten l. 18 zitierten Vers aus dem pythagoreischen *Carmen aureum*, der Anlass zu dem neu gebildeten Adagium gegeben hatte. Formuliert ist der Titel nach dem l. 36 zitierten

lateinischen Gedicht (*Quo praetergressus?*).
 4-8 vnde et superstitionis ... intelligerentur Cf. *Adag.* 2 (Pythagorae symbola), *LB* II, 15 C.
 7 ἐχεμυθία Nach Plut. *Numa* 8; die Stelle ist *Adag.* 2 loc. cit. erwähnt. Cf. *Adag.* 3272 (Taciturnior Pythagoreis) und Otto 1496.
 15 Plut. *Mor.* 168 b; cf. 515 f (hier πῆ παραπέβην).
 18 Ps. Pythag. *Carmen aureum* (ed. D. Young in der Theognisausgabe bei Teubner, Leipzig, 1971), v. 42. Er. konnte zwar das Gedicht in seiner Theokrit-Aldina von 1495 (cf. *Adag.* 2843, n.l. 406) finden, wo es

20 Omnis autem humanae vitae lapsus consistit in tribus: Aut cum secus facimus
quam oportet, hoc est plus minusue quam decet; huic errori respondet illud
Πῆ παρέβην; Aut facimus quod omissum oportuit; cui respondet illa particula
Τί δ' ἔρεξα; Aut omittimus quod factum oportuit; ad hoc pertinet extrema
particula Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Qui filium aut vxorem peccantem lenius
25 admonet quam sat est aut asperius obiurgat, resipiscens merito dicet: Πῆ
παρέβην; Qui filio praecipit parum honesta, dicet: Τί δ' ἔρεξα; Qui peccantem
dissimulat, quum expediret admonere, dicet illud Τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Pythagoras igitur solitus est admonere adolescentes, vt quoties domum
ingrederentur, hunc versiculum suo cum animo versarent. Ea cogitatio
30 sollicitos reddebat adolescentes, vt si quid forte deliquissent aut si quid vitii
contraxissent ex hominum conuictu, id in posterum corrigerent cauerentque.
Eam sententiam latius ac fusius explicuit quisquis scripsit carmen De viro
bono, quod fertur inter appendices operum Vergilianorum:

35 *Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longi reputauerit acta diei:
Quo praetergressus? quid gestum in tempore? quid non?
Cur isti facto decus abfuit? aut ratio illi?*

Haec docuerunt a Christo alieni. Quid oportet facere Christianos? Vtinam
saltem sacerdotes ac monachi, cum a prolixis splendidisque conuiujs ingre-
40 diuntur cubiculum, dicant apud sese:

Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Deum immortalem, quam multa nobis succurrerent et pudenda et poenitenda?

[A]

SVO QVISQVE STUDIO GAUDET

2902

Qui dicet aliis studiis alios teneri et vnumquemque suo victitare quaestu,
45 proferet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι μέλει ἰός ἠδὲ φαρέρρη,
'Ἄλλ' ἴστοι καὶ ἔρετμὰ νεῶν καὶ νῆες εἶσαι, id est
*Nam Phaeacibus haud cordi iacula atque pharetra,
Sed remi tabulisque ratis compactilis aequis.*

1.B 936 Affine illi *Tractant fabrilia fabri*. [F] Pindarus in Pythiis hymno decimo: Καὶ γὰρ
51 ἐτέροισιν ἐτέρων ἔρωσ ἐκνίξε φρένας, id est *Aliis aliarum rerum amor purpugit
mentem.*

[A]

DEMITTERE SESE AD ALIORVM MEDIOCRITATEM

2903

Vbi quis moderatur data opera vires suas ad aliorum mediocritatem, veluti si
55 quis praeceptor tradat auditoribus non quantum ipse docere posset, sed

quantum illi capere, conueniet illud ex eodem libro de Nausicaa sic habenis moderante cursum mularum, vt pedissequae et Vlysses pedibus consequi possent:

- 60 Ἡ δὲ μάλ' ἠνιόχευεν, ὅπως ἕμ' ἐποίατο πεζοὶ
 Ἀμφίπολοι τ' Ὀδυσσεύς τε, νόω δ' ἐπέβαλλεν ἱμάσθλην, id est
Haec ita lora regens, pedes vt comes iret Vlysses,
Tum comitum quoque turba, modo rationeque certa
Instigat scutica.

[A] MIHI CVRAE ERIT HOC NEGOCIVM 2904

- 65 Cum admonebimus quempiam, vt omne negocium in nos reiiciat ipse securus, nobis rem curae futuram, conueniet illud ex Odysseae H:

Ἄλλ' ἴθι σιγῇ τοῖον, ἐγὼ δ' ὄδον ἡγεμονεύσω, id est
Quin tacitus procede, viae huius ego fuero dux.

[A] ANIMVS PRAESENS 2905

- 70 Animi praesentia utilis vbique, propterea quod timiditas vel a conscientia vel ab animi paruitate videatur proficisci. Huic sententiae suffragatur Homericum illud ex eodem libro:

- Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
 Ἔργοισι τελέθει, εἰ καὶ ποθεν ἄλλοθεν ἔλθοι, id est
 75 *Omnibus in rebus potior vir fortis et audax,*
Sit licet hospes et e longinquis venerit oris.

46 Φαίηκεσσι D-I: Φαίηκεσι A-C.
 49 aequis B-I: equis A, corr. s.
 51 id est F-H: om. I.
 56 Nausicaa A-C: Nausica D-I.

62 Tum comitum quoque B-I: atque pedisse-
 qua A.
 75 vir B-I: vix A, corr. s.

neben Theognis und Phokylides mit abgedruckt ist. An unserer Stelle entnimmt er aber den Vers aus Plut. loc. cit., wo er anonym zitiert ist; die Beziehung auf Pythagoras bot ihm Suid. Πυθαγόρας 3123.
 28-29 *Pythagoras ... versarent* Nach Suid. loc. cit. oder Diog. Laert. VIII, 22.
 33 *Append. Verg.* Ribbeck, p. 189 (*Anth. Lat.*, ed. Riese I Nr. 644, 14 sqq.) = *Auson.* 363, 14 sqq. Nach *Carmen aureum* 40-42.
 2902
 45 *Od.* VI, 270 sq. (μέλει βιός οὐδέ): *ex eodem libro* (sc. Odysseae) weist auf das ursprüng-

lich unmittelbar vorausgehende *Adag.* 2900 (cf. zu *Adag.* 2901).
 50 *Tractant ... fabri* Hor. *Epist.* II, 1, 116. Cf. *Adag.* 515 (In dolio figuralem artem discere), *LB* II, 227 F.
 Pind. *Pyth.* 10, 60.
 2903
 56 *Od.* VI, 319 sq.
 2904
 66 *Od.* VII, 30.
 2905
 72 *Od.* VII, 51 sq. (ἔργοισιν: ἔργοισι Ald. fehlerhaft).

Ad hunc modum Pallas hortatur Vlysem, ne quid trepidet ingressurus Alcinoi domum. [G] Huic congruit illud, quod alibi dictum est: *Fortes fortuna adiuvat*. T. Liuius libro Ab vrbe condita octauo: *Sed euentus docuit fortes fortunam*

80 *adiuuare*.

[A]

LOCVPLETVM REDITVS

2906

In locupletes, quibus alius ex alio succedit reditus, accommodabitur illud ex eodem libro de pomariis Alcinoi dictum:

85 Οὐδὲ θερεὺς ἐπετήσιος, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
 Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει,
 "Ὅχνη ἐπ' ὄχνη γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μῆλῳ,
 Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, id est
Nec singlos aestas renouatur in annos,
Sed flans perpetuo zephyrus spiramine foetus
 90 *Hos producit et hos demittit ab arbore mites,*
Et pyra adulta pyris succedunt malaque malis,
A fico ficus atque vna senescit ab vna.

[A]

INEVITABILE FATVM

2907

95 Quod homini fatis decretum est, id eueniet. In hanc sententiam Homerus eodem libro:

Ἐνθάδ' ἔπειτα
 Πείσεται, ὅσσα οἱ αἴσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
 Γεινομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ, id est
Post illic accidet illi,
 100 *Quod fatum parcaeque graues in stamine nerunt*
Nascenti tum, cum matris promergeret aluo.

1.B 937 Quanquam hunc locum de fatis oportebit ioco duntaxat adhibere, veluti si quis filium longius aliquo studii causa emandans negaret sibi curae futurum, quid illic agat, sed id deo se fortunaeeque committere.

105

[A]

ALIVD CVRA

2908

Cum negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet aut sollicitus sit exempto scrupulo, accommodabitur illud ex eodem libro:

'Αλκίνο', ἄλλο τί τοι μελέτω φρεσίν, id est *Alcinoe, cures aliud*.

Item Terentius: *Atqui iam repperi, aliud cura*.

110 [A] MOLESTVS INTERPELLATOR VENTER

2909

Venter improbus interpellator non sinit vnquam quempiam obliuisci sui. Id ad egestatem torqueri poterit, quae mortales ad omnia tum facienda tum ferenda solet compellere. Sic autem Vlysses in eodem libro:

115 Οὐ γάρ τι στυγερῆ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
 "Ἐπλετο, ἢ τ' ἐκέλευσεν ἔο μνήσασθαι ἀνάγκη
 Καὶ μάλα τειρόμενον καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα, id est
Non est improbius res altera ventre molesto,
Quippe vel inuitum meminisse sui iubet, et si
Valde animo crucieris et angat pectora moeror.

120 [A] VVLGVVS SVSPICAX

2910

Suspiciosum vulgus et pleraque malam in partem interpretatur. Homerus in eodem libro:

Δύσζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων, id est
Quippe homines plerique sumus male suspiciosi.

86 "Οχνη ἐπ' ὄχνη F-I: "Ογγνη ἐπ' ὄγγνη A-E.

107 accommodabitur F-I: accommodabit A-E.

88 singlos A D-G: singulos s B C H I.

109 repperi B-I: reperi A, corr. s.

97 ὄσσα B-I: ἄσσα A; κατακλωθές D-I: κακάκλωθές A-C.

115 ἢ τ' B-I: ἢ τ' A.

104 se B-I: om. A.

116 id est B-H: om. I.

78 Adag. 145.

79 Liv. VIII, 29, 5.

2906

83 Od. VII, 118 sqq. (v. 117 Τάων οὐ ποτε κάρπος ἀπόλλυται οὐδ' ἀπολείπει / Χείματος οὐδὲ θέρεως, ἐπετήσιος ...). In der Ald. steht irrtümlich nach χείματος ein Kolon, so dass der Eindruck entsteht, mit οὐδὲ θέρεως beginne ein neuer Satz. Als weitere Folge davon wird bei Er. aus dem Genetiv θέρεως der nicht existierende Nominativ θερεύς. Cf. die Anmerkung von Stephanus, LB II, 936, n. 1.

86 "Οχνη ἐπ' ὄχνη setzt Er. 1526 für ὄγγνη ἐπ' ὄγγνη nach der im Hellenismus üblichen Form ein (cf. z.B. Theocr. I, 134. Nicandr. Ther. 513 al.).

88 singlos Mit der synkopierten Form ist nur

Lucret. VI, 1067 „singlariter“ vergleichbar; dazu Bailey im Kommentar (1947).

2907 Cf. Adag. 2853 (Fatum immutabile) und 2886 (Fatum ineuitabile).

94 Od. VII, 196 sqq. (96 ἔνθα δ'; 97 ἄσσα, so auch Er. 1508: 1515 in ὄσσα geändert, cf. Adag. 2890, n.l. 783; κατὰ Κλωθές: κατακλωθές [sic] Ald.).

2908

107 Od. VII, 208. Zu *exempto scrupulo* cf. Adag. 3466 (Scrupulum eximere).

109 Ter. *Phorm.* 235 (atqui reperiam: atqui repperi [ohne iam] die alten Ausgaben).

2909

113 Od. VII, 216 sqq.

2910

122 Od. VII, 307.

125 [A] NEMO COGENDVS OFFICII CAVSA 2911

Nullus hospes retinendus aduersum animi sententiam et inuitus. Nemo cogendus, vt cuiusquam vtatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro:

130 Εἴ κ' ἐθέλων τε μένοις, ἀέκοντα δέ σ' οὔ τις ἐρύξει, id est
Si maneas sponte, inuitum nemo retinebit.

Dicitur ad Vlysem ab Alcinoο Phaeacum tyranno.

[A] MALVM BONO PENSATVM 2912

135 Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur, verum eadem eam aliquo vitio pensat, aut cum quis beneficium suum aliquo vitiat maleficio, quadrabit illud ex Odysseae Θ de Demodoco musico dictum:

Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθὸν τε κακὸν τε·
 Ὀφθαλμῶν γὰρ ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν, id est
Hunc alios ultra dilexit Musa deditque
Atque boni atque mali quiddam. Nam lumina ademit,
 140 *At dedit emulcere suavi pectora cantu.*

[A] OMNI CERTAMINIS GENERE 2913

Cum innuemus omni certaminis genere congressum esse, veluti si quis dicat in omni disciplina disputatum acriter, conueniet illud ex eodem libro:

145 Πύξ τε παλαιμοσύνη τε καὶ ἄλμασιν ἡδὲ πόδεσσιν, id est
Et pugnis pedibusque et saltibus atque palaestra.

Item vbi quis ostendit se nullum detrectare certamen, sed ad quoduis ingenii experimentum paratum esse, conueniet illud ex eodem libro:

Δεῦρ' ἄγε πειρηθήτω, ἐπεὶ μ' ἐχολώσατε λίην,
 Ἦ πύξ ἢ ἐπάλῃ ἢ καὶ ποσίν, οὐ τι μεγάρω, id est
 150 *Huc age, quandoquidem grauius mihi concita mens est,*
Qui volet, experiatur pugnis siue palaestra,
Siue pedum cursu malit, nihil ipse recuso.

[A] LONGE VICIT 2914

155 Qui sentiet aliquem ita praecellere, vt periculum non sit, ne quis illi praeripiat palmam, conueniet illud ex eodem libro:

Σὺ δὲ θάρσει, τόνδε γ' ἄεθλον
 Οὐ τις Φαιήκων τῶνδ' εἴξεται οὐδ' ὑπερήσει, id est

*At tu fide animo, quando hoc certamine nullus
Phaeacum te nec aequabit nec superabit.*

160 [A] ANTIQVIS DEBETVR VENERATIO 2915

Cum summis et inuictis vel cum antiquis non est certandum, qui velut extra aleam hominum positi videntur, sed his vltro cedendum; veluti si quis neget sese cum M. Tullio de eloquentia velle confictari, cum mediocribus non recusare, vsurpabit quod eodem in loco dicitur ab Vlysse:

165 Ἄνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω
1.B 938 Οὕθ' Ἡρακλῆϊ οὕτ' Εὐρύτω Οἰχάλιῃ, id est
*Cum maioribus haud subeam certamina, vel cum
Herculea virtute vel Euryto Oechaliensi.*

[A] FLAGITIORVM TVRPIS EXITVS 2916

170 Cum res perperam instituta male cedit, conueniet illud ex eodem libro:

Οὐκ ἀρετᾶ κακὰ ἔργα, id est *Haud bene succedunt facta improba.*

Dictum est de Martis adulterio deprehenso.

[A] FIDVS AMICVS 2917

Fidus amicus non est posthabendus germano. Homerus in eodem libro:

175 Ἦ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδώς,
Ἔσθλος, ἐπεὶ οὐ μὲν τι κασιγνήτοιο χερσίων, id est

129 δὲ σ' οὔτις G-I: δ' οὔτις A-F.

131 Alcinoο B I: Alciono A, corr. s.

136 περὶ D-I: πὲρ A-C.

165 προτέροισιν A-H: προτέροισι I.

2911

128 *Od.* VII, 315 (v. 314 οἶκον δὲ κ' ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην, / Εἴ κ' ἐθέλων γε μένοις: Ald. hat starke Interpunktion am Ende von Vers 314; ἐθέλων τε ebenfalls nach Ald.).

2912

135 *Od.* VIII, 63 sq. (ὀφθαλμῶν μὲν).

2913

143 *Od.* VIII, 103.

147 *Od.* VIII, 205 sq.

2914

155 *Od.* VIII, 197 sq. (σὺ δὲ θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον / Οὐ τις Φαιήκων τόνδ' ἔξεται: Die aus der Vorlage übernommene falsche Phrasierung veranlasste die Änderung τῶνδε: εἔξεται scheint Er. für ἔξεται eingesetzt

und, wie seine Übersetzung *aequabit* vermuten lässt, als Futurum von εἴκω-ἔοικα aufgefasst zu haben. Trotz dieser sprachlich falschen Auffassung ist der Sinn des Verses richtig wiedergegeben).

2915

164 *Od.* VIII, 223 sq.

2916

170 *Od.* VIII, 329.

2917

174 *Od.* VIII, 584 sq. Vers 584 schliesst sich an die vorangehenden Verse an: 581 sqq. Ἦ τίς τοι καὶ πηδός ἀπέφθιτο Ἴλιόθι πρό ... Ἦ τίς που καὶ ἑταῖρος ... Ἔσθλος; Ald. setzt an Stelle des Fragezeichens ein Komma.

*Si quis forsan amicus sit gratusque bonusque,
Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus.*

[A] PATRIA SVA CVIQQVE IVCVNDISSIMA 2918
180 Vnicuique sua patria iucundissima, quaecunque contigit. Homerus Odysseae I:

‘Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἤς πατρίδος οὐδὲ τοκῆων
Γίγνεται, [B] id est
185 *Vt nihil est patria propriusue parentibus vlli
Dulcius.*

[A] FVGA TVTIOR 2919
Qui dicet tutius esse fuga vincere libidinem quam contra pugnando, poterit
accommodare, quod de Charybde dictum est Odysseae M:

190 Οὐδέ τις ἔστ’ ἀλκή, φυγέειν κάρτιστον ἀπ’ αὐτῆς, id est
Non est vlla medela, procul fugere optimum ab illa.

[A] ALIA COMMITTENDA, ALIA CAELANDA 2920
Non temere quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana
omnia proferenda sunt, verum alia communicare conuenit cum amicis aut
vxoribus, alia caelare. Ad hanc sententiam quadrat illud ex Odysseae Λ:

195 ‘Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ γ’ αὖ κεκρυμμένον εἶναι, id est
Dicendum est aliud, contra est aliud reticendum.

[A] FOEMINA NIHIL PESTILENTIVS 2921
Nihil foemina pestilentius. Hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus:

200 ‘Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός, id est
Vsque adeo nihil improbius muliereque peius.

Frequenter apud antiquos poetas male audit mulierum genus. Quae quidem et
hodiernis temporibus strenue dant operam, ne poetae plane vaniloqui fuisse
videantur.

[A] EFFOETA SENECTA 2922
205 Quod in Odysseae Λ dictum est de mortuis, id ad hominem ob longaeuitatem
iam defectum viribus accommodare licebit, aut in eum, qui consterneretur
animo:

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἴνες ἔχουσιν, id est
Nam iam non neruis carnes atque ossa cohaerent.

210 [A] AEGRE, SED TAMEN CONTIGIT 2923

In eos, qui aegre quidem, sed tamen assequuntur, quod optant, quadrabit illud ex eodem libro:

Ἄλλ' ἔτι μὲν γε καὶ ὧς κακά περ πάσχοντες ἴκοισθε, id est
Peruenietis adhuc, quanquam mala plurima passi.

215 Dicuntur ad Vlysem a Tiresia.

[A] CVM AMICO NON CERTANDVM AEMVLATIONE 2924

220 Cum amico et benemerito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter aemulationem, huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homerus in Odysseae Θ, cum Vlysses excipit Laodamantem, quod hospes esset:

Τίς ἄν φιλέοντι μάχοιτο; id est
Quis namque benigno cum hospite pugnet?

225 Locum etiam habuerit, vbi dicemus hospitis esse munus cedere iis, apud quos diuersatur, etiamsi possit vincere. Nam inibi statim subnectitur huiusmodi sententia:

Ἄφρων γὰρ κεῖνός γε καὶ οὐτιδανὸς πέλει ἀνήρ,
 Ὅστις ξεινοδόκῳ ἔριδα προφέρηται ἀέθλῳ, id est
Vir siquidem vecors est ille nec vnus assis,
Quisquis ad euentum certaminis euocat illum,
 230 *Quem penes hospitio fruitur tectoque iuuatur.*

181 I F-I: Θ A-E.

190 Non est vlla G-I: Nulla A-F.

194 Odysseae Λ F G: eodem libro A-E,

Odysseae Δ H I.

215 Tiresia B-I: Tyresia A.

219 Odysseae Θ F-I: eodem libro A-E.

177 *Si quis* Entweder verwechselt Er. ἢ τις mit εἴ τις oder aber er versucht durch die anders geartete Einleitung der Verse zu zeigen, wie er sich deren Verwendung als Adagium denkt.

2918

180 *Od.* IX, 34 sq.

2919

188 *Od.* XII, 120.

2920

194 *Od.* XI, 443 (τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον: τὸ δὲ κεκρυμμένον [sic] Ald.; Er. verbessert den Rhythmus durch Einschlebung von γ' αῖ).

2921

198 *Od.* XI, 427.

201-203 *Quae quidem ... videantur* Über kritische Bemerkungen von Er. über Frauen cf. *Adag.* 2377, n.ll. 913-914.

2922

205 *Od.* XI, 219.

2923

212 *Od.* XI, 104.

2924

219 *Od.* VIII, 208.

224 *inibi* *Od.* VIII, 209 sq. (ἄφρων δὲ; ἀέθλων).

LB 939 [A] REIICENTIS CVLPAM 2925

Aduersus eum, qui mali sui causam alio reicit, ita vt vulgo factitant, apposite torquebitur illud ex Odysseae Λ dictum ab Elpenoris vmbra, qui temulentus perierat apud Circen:

235 Ἄσέ με δαίμονος αἴσα κακῆ καὶ ἀθέσφατος οἶνος, id est
Mi mala fata deum nocuerunt visque Lyaei.

Sic alibi Agamemnon dissidii causam in Aten retorquet.

[A] VOLVPTAS FOEDA 2926

240 In voluptatem inhonestam aut scortum ad perniciem iuuenum omnibus instructum artibus quadrabit illud ex Odysseae K dictum de Circe:

Ἦ κεν ἅπαντας
 Ἦ σῶς ἦε λύκους ποιήσεται ἦε λέοντας, id est
*Siquidem omneis
 Fecerit illa suesue luposue trucesue leones.*

245 [A] ASPERA VITA, SED SALVBRIS 2927

In vitae rationem duriusculam quidem, sed tamen ad rectam morum institutionem idoneam, conueniet illud ex Odysseae I dictum de Ithaca:

Ἰτραχεῖ, ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος, [B] id est
Aspera, sed iuuenum nutrix bona.

250 [A] CONSILII SIMVL ET FACTO VALENS 2928

In hominem consilio pariter ac viribus excellentem conueniet illud ex Odysseae Ξ:

Οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλευέμεν ἠδὲ μάχεσθαι, id est
Is cuiusmodi erat seu pugna consilione.

255 [A] NON POSSVM NON DICERE 2929

Vbi quis negat se reticere posse quod habet in animo, festiuiter accommodabit illud ex eodem libro:

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ ἀνώγει
 Ἦλιος, id est
 260 *Dicam equidem quiddam iactantius, vrgel enim me
 Vinum amens.*

Eodem in loco, quantum possit vinum, eleganter ostendit Vlysses. Ita enim consequitur:

- 265 "Ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι
Καί θ' ἀπαλὸν γελάσαι καὶ τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
Καί τι ἔπος προέηκεν, ὃ πέρ τ' ἄρρητον ἄμεινον, id est
*Vinum quantumcunque grauem atque pudentem
Incitat ad cantum ac tenerum ridere chorosque
Ducere compellit, nonnunquam quod tacuisse
270 Praestiterat reserato effutit pectore dictum.*

[A]

PERPLEXVS

2930

Qui se dicet in maximis versari periculis nec vllum affulgere subsidium, vsurpabit illud ex eodem libro:

- 275 Οὐδέ τις ἄλλη
Φαίνεται γαίᾳων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, id est
*Nec vlla apparuit vltra
Tellus, sed nobis coelum vndique et vndique pontus.*

[F] Idem habetur in M.

[A]

ABHORRENTIS AC DETESTANTIS

2931

- 280 Cum dicemus nos vehementer a vitio quopiam abhorrere, illud ex libro eodem vsurpare licebit:

233 *Odysseae* Λ F-I: eodem libro A-E.

237 alibi B-I: om. A.

241 "Ἡ κεν G-I: ἡ μὲν A-C, ἡ μὲν D, ἡ μὲν E
F.

247 Ithaca D-I: Itacha A-C.

251 ex A-G: om. H I.

259 "Ἥλιος B-I: ἥλιος A.

266 προέηκεν A-G: προέητον H I.

267 Vinum G-I: Quod A-F.

270 Praestiterat C-I: Praestiterit A B.

275 Φαίνεται B-I: φανίετο A.

2925

233 *Od.* XI, 61.237 *alibi Il.* XIX, 86 sqq.

2926

240 *Od.* X, 432 sq.

2927

247 *Od.* IX, 27 (τρῆχεῖ: Er. setzt, wohl unbekannt, die attische Form τρᾶχεῖ ein).

2928

251 *Od.* XIV, 491 (οἶος κείνος: οἶος ἐκείνος

Ald.).

2929

257 *Od.* XIV, 463 sq. (ἠλεός).262 *Od.* XIV, 464 sqq.

2930

273 *Od.* XIV, 301 sq.277 *coelum ... pontus* Nach Verg. *Aen.* III, 193.278 *Od.* XII, 403 sq.

2931

280 *Od.* XIV, 156 (δμῶς).

Ἐχθρὸς γὰρ μοι κεῖνος ὁμοῦ Ἄϊδαο πύλῃσι, id est
Is mihi iuxta inuisus ut atri limina Ditis.

Idem carmen extat in Iliados I sub persona Achillis. Hic ab Vlysse dicitur.

285 [A] SVI DISSIMILIS 2932

In sui dissimilem quadrabit illud ex Odysseae N, quod de Pallade dixit Vlysses:

Σὲ γὰρ αὐτὴν πάντα εἴσκεις, id est
Nunc alio, nunc rursus alio fis obuia vultu.

Idem mire quadrabit in sapientiam, quae variis inuolucris obtegitur apud
 290 priscos et alia atque alia specie proponitur, praesertim in diuinis literis, quae
 tota ferme constat allegoriis.

[A] NIHIL AD REM 2933

In eum, qui dixerit absurde quippiam et alienum a re proposita, quadrabit illud
 ex eodem libro, quanquam idem aliis aliquot repetitur locis:

295 Νήπιός εἰς, ὦ ξεῖν', ἧ τηλόθεν εἰλήλουθας, id est
Hospes, stultus es aut longinquis aduena ab oris
Nuper ades.

LB 940 [A] QVOD ADEST, BONI CONSULE 2934

300 Qui admonebit oportere boni consulere, quicquid a fortuna conceditur,
 vsurpabit illud ex Odysseae Ξ:

Ἔσθιε, δαιμόνιε ξείνων, καὶ τέρπεο τοῖσδε,
 Οἷα πάρεστι· θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' ἑάσει,
 Ὅττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλει· δύναται γὰρ ἅπαντα, id est
Hospes, sume cibum et, quorum data copia, laetum his
 305 *Pasce animum; nam sors dabit haec, rursus illa negabit,*
Vt cunq̄ue est animo lubitum, valet omnia quippe.

His verbis Eumaeus subulcus Vlysem inuitat, vt cibos viles et rusticanos,
 qualescunq̄ue essent, boni consuleret. [G] Transferetur ad omnem hominis
 vitam, quoties admonebimus, vt, quemcunq̄ue statum sors dederit, in eo laete
 310 tranquilleque viuamus. Apud Athenaeum libro decimo refertur hic senarius:

Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε, id est
Quae praesto sunt, in hisce vitam nectito.

[H] Isocrates in oratione de pace στέργειν τοῖς παροῦσιν ait plerisque hominibus
 esse difficillimum, et hinc est, quod bellum malunt quam pacem.

315 [A] OFFICIUM NE COLLOCARIS IN INVITUM

2935

Instar iniuriae fuerit, si quis officium collocet in inuitum. In eam sententiam
Homerus Odysseae O:

Ἴσόν τοι κακόν ἐσθ', ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ καὶ ὅς ἐσσύμενον κατερύκη.
320 Χρῆ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν, id est
*Iuxta peccat uterque, vel is cui extruditur hospes
Inuitus vel qui remoratur abire volentem.
Hospes donec adesse volet, tractare benigne
Conuenit, emittendus, vbi discedere quaeret.*

325 [A] BONA SPES OSTENSA

2936

Cum bona quaeripiam spes affulget alicunde perficiendi quod proposuimus,
conueniet illud ex eodem libro:

ᾠς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις, id est
Sic fato felix a dextris aduolat ales.

330 [A] ARROGANTIA NON FERENDA

2937

In eos, qui intoleranda sunt arrogantia, non inscite torquetur illud ex eodem
libro ab Eumaeo dictum in procos:

Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἤκει, id est
Horum visque animusque ferox contingit Olympum.

335 [F] Idem in P dicitur ab Vlyse ad Eumaeum.

284 Iliados I F-I: Iliade A-E; dicitur B-I:
om. A.

304 his B-I: iis A.

287 αὐτήν D-I: ἀντήν A-C.

318 τοι G-I: δὴ A-F.

332 ab Eumaeo F-I: a Telemacho A-E.

284 H. IX, 312.

300 Od. XIV, 443 sqq.

2932 Collect. 430 (Sui similis est, nach
Ter. Phorm. 501) hat ausser dem Titel kei-
nen Berührungspunkt mit unserem Ada-
gium.

310 Athen. X, 458 b: Com. fr. adesp. 231 K.

313 Isocr. 8, 6 und 7.

286 Od. XIII, 313 (παντί).

2935

317 Od. XV, 72 sqq. In wörtlichem Sinn
verwendet Er. die Stelle Ep. 2533,
l. 122 sq., indem er sich damit über die
Abreise angenehmer Gäste hinwegtröstet.
Cf. M. Cytowska, in: Philologus 118
(1974), p. 153.290-291 quae tota ... allegoriis Die allegorische
Schriftauslegung vertritt Er. schon im En-
chir., LB V, 29 B-30 A. Cf. E.-W. Kohls,
Die Theologie des Erasmus, Basel, 1966, I,
p. 132 sqq.

2936

327 Od. XV, 160.

2933

2937

294 Od. XIII, 237 = IX, 273.

2934 Cf. Adag. 1833 (Praesentem fortu-
nam boni consule) und Adag. 3143 (Quae
dantur).

331-332 Od. XV, 329 (ἔκει: ἤκει Ald.).

335 Od. XVII, 565.

[A]

DOMVS OPTIMA

2938

Infelicissimum incertis vagari sedibus, quemadmodum faciunt semper ἀνέστιοι peregreque viuentes. Huic adstipulatur eodem in libro:

340 Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν, id est
Nil miserabilius quam incerta sede vagari.

[G] Transferri poterit ad eos, qui circumaguntur quibuslibet opinionibus aut qui subinde mutant amicos aut institutum vitae.

[A]

NON OMNIBVS CONTINGIT

2939

345 Non cuius fit potestas cum regibus colloquendi, aut non omnibus contingit diuinarum literarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum non inuenuste deflectetur illud ex Odysseae Π:

Ὀὐ γὰρ πῶ πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς, id est
Haud cuius manifesta videntur numina diuum.

[A]

AVTORITAS DIVINITVS

2940

350 Diuinitus contingit, vt idem homo nunc magni fiat, nunc despiciatur. Ad id facit illud ex eodem libro:

Ῥητῆδιον δὲ θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
 Ἡμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν ἠδὲ κακῶσαι, id est
 355 *Est procline deis, amplius quos claudit Olympus,*
Reddere vel despectum hominem aut adiungere honorem.

[A]

TOLLENDI MALI OCCASIO

2941

Qui suadebit, vt mali submoueatur occasio, non absurde citabit illud ex eodem libro:

360 Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, id est
Quippe viros ferrum illicit ipsum.

[B] Ita diuitiae proliciunt ad luxum, consuetudo puellarum ad amorem.

[A]

VBI COGNITVM EST QVOD ERAT OCCVLTVM

2942

Vbi res, quae magno studio celabatur, fuerit aliquo pacto deprehensa, quadrabit illud ex eodem libro:

LB 941 Ἦ τις σφιν τόδ' ἔειπε θεῶν, ἢ εἴσιδον αὐτοί, id est
 366 *Sive illis deus hoc aliquis deprodidit index,*
Sive ipsi videre.

[A]

ABSTINENDA VIS A REGIBVS

2943

370 Qui dicet haud temere manum immittendam in reges, potentes aut viros deo dicatos, adducet illud ex eodem libro:

Δεινὸν δὲ γένος βασιλῆϊόν ἐστιν / Κτείνειν, id est
Res dira ac plena pericli est / Regale occidisse genus.

[A]

DOMESTICVM DISSIDIVM

2944

375 Ad detestandam seditionem domesticam et mutuum contubernaliū inter ipsos discordiam insidiasque conueniet illud ex eodem libro:

Οὐχ ὅσῃ κακὰ βλάπτειν ἀλλήλοισιν, id est
Impia res moliri inter sese mala.

[A]

QVI EGRET, IN TVRBA VERSETVR

2945

380 Etiam hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula de caeco mendico, qui iubebat ministro, vt eo se duceret, vbi maxima esset hominum procella, addens sententiam populari ioco celebrem, ibi quaestum esse, vbi sit hominum frequentia. Homerus item Odysseae ρ:

385 Πτωχῶ βέλτιόν ἐστι κατὰ πόλιν ἢ κατ' ἀγρούς
 Δαῖτα πτωχεύειν, [B] id est
*Mendico praestat popularis per oppida coenam
 Mendicare suam quam ruri.*

340 miserabilius quam F-I: molestius atque A-E.

352 ἔχουσι A-H: ἔχουσι I.

356 mali B-I: mala A.

359 γὰρ A-G: om. H I.

360 viros B-I: viri A, virum s.

376 Οὐχ *scripsimus*: Οὐκ A-I, cf. *Adag.* 2969, l. 546.

386 ruri C-I: rure B.

2938

336 Der Titel ist zu verstehen nach *Adag.* 2238 (Domus amica domus optima), das mit den Worten beginnt „Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam lautius homini viuere contingit quam domi“.

338 *Od.* XV, 343.

2939

346 *Od.* XVI, 161 (πῶς: πῶ Ald.).

2940

351 *Od.* XVI, 211 sq.

2941

358 *Od.* XVI, 294.

2942

364 *Od.* XVI, 356.

2943

370 *Od.* XVI, 401 sq.

2944

375 *Od.* XVI, 423 (οὐδ' ὅσῃ).

2945

379-382 *Etiam hodiernis ... frequentia* Die Geschichte von dem blinden Bettler ist auch im *Conuiuium religiosum*, *Coll.*, ASD I, 3, p. 231, l. 13 sq. erwähnt. Cf. Suringar 188, p. 346.

382 *Od.* XVII, 18 sq. (βέλτερον: βέλτιόν Ald.). Das Homerwort erscheint auch in der Sprichwörtersammlung des Arsenius = Apost. 15, 8a, allerdings mit zweifacher Entstellung.

[A]

OFFICIUM HUMILIVS

2946

Cum quis recusat munus tanquam humiliter parumque sese dignum, applicabit illud ex eodem Odysseae ρ:

- 390 Οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλικός εἰμί, id est
Nam vt maneam in stabulis, iam non mea postulat aetas.

Verba sunt Vlyssis ad subulcum.

[A]

VITANDAE POTENTVM OFFENSAE

2947

- 395 Qui dicet formidandas diuitum et principum offensas, propterea quod quantumlibet leuiter offensi grauiter indignantur et, vt ait Plautus, *plumbeas iras gerunt*, accommodabit illud ex eodem libro:

Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί, id est
Sunt formidandae regum offensaeque minaeque.

[A]

PRINCEPS INDILIGENS

2948

- 400 Indiligens paedagogus corrumpit puerum, malus praeceptor vitiat discipulum, rex improbus populum item corrumpit. Ad hanc sententiam facit illud ex eodem libro:

Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες, id est
At corrumpit oueis pastor malus.

- 405 Dicuntur ab Eumaeo subulco ad caprarium.

[A]

ASSVEVIT MALIS

2949

In eum, qui ferendis contumeliis assueuerit, congruet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ τι πληγέων ἀδαήμων οὐδὲ βολάων, id est
Iam minime plagas tolerare rudis neque iactus.

- 410 [A]

DE ALIENO LIBERALIS

2950

De alieno facile largimur, de nostris non item. Hanc sententiam protulit Antinous in eodem libro:

Ἐπεὶ οὐ τις ἐπίσχεσις οὐδ' ἔλεητύς | Ἀλλοτρίων χάρισασθαι, id est
Nam res largiri alienas | Haud res vlla vetat, neque enim piget.

- 415 [G] Seneca Epistolarum libro ii. epistola xvi.: *Non est quod mireris animum meum, adhuc de alieno liberalis sum.* Ita Mitio in Adelpis Aeschino dicenti: *Fac, promisi ego illis, repondet: Promisisti autem? De te largitor, puer.*

[A]

PAUPER, SED INGENIOSVS

2951

In hominem tenui cultu, sed egregio tamen corpore, quadrabit illud ex
420 Odysseae σ:

Ὅτρν ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει, id est
Quos profert senior pannis e vilibus armos.

Dictum est de Vlysse certaturo cum Iro. Lucianus in Hercule Gallico torquet
ad senem ingenio facundiaque praecellentem.

425 [A]

IACTANTIAE COMES INVIDIA

2952

LB 942 Qui monebit, ne quis insolentius iactet vel fortunae munera vel naturae dotes,
ne quando Nemesi exaudiat auferatque, non intempestiuiter vsurpabit illud ex
eodem libro:

430 'Ἄλλ' ὁ γε σιγῆ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅττι διδοῖεν, id est
Possideat tacitus, si qua adsunt munera diuum.

[A]

VERBOTENVS AMICVS

2953

In eum, qui simulat oratione benevolentiam, caeterum longe diuersa parans in
animo, quadrabit illud ex eodem libro:

435 Μειλιχίους ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοῖνα, id est
*Animum praemollibus isti
Lenibat dictis, at mens diuersa parabat.*

389 eodem G-I: om. A-F.

E-I.

392 Vlyssis B-I: Vlysses A, corr. s.

435 μενοῖνα B-I: μεμνοῖνα A.

421 ἐπιγουνίδα A-C: ἐπιγωνίδα D, ἐπιγωνίδα

436 isti D-I: illi A-C.

2946

389 Od. XVII, 20.

2947

395 Plaut. Poen. 813. Cf. Collect. 209 (Plumbea
ira). Otto 1440 n.

396 Od. XVII, 189.

2948

402 Od. XVII, 246.

2949

407 Od. XVII, 283.

2950

412 Od. XVII, 451 sq.

415 Sen. Epist. 16, 7.

416 in Adelpbis Ter. Ad. 940 (promisti: promi-
sisti die alten Ausgaben).

2951

420 Od. XVIII, 74.

423 Lucian. Herc. 8.

2952

428 Od. XVIII, 142.

2953

431 Zum Titel cf. Collect. 443 (Patere et
abstine) nach Gell. XVII, 19, wo das Epi-
tetwort (fr. 10 Schenkl) ἔνευ τοῦ πράττειν,
μέχρι τοῦ λέγειν mit „factis procul, verbis
tenuis“ übersetzt ist; schon in den Collect. ist
das auf gewisse Philosophen gemünzte
Wort auf falsche Freundschaft übertragen.

433 Od. XVIII, 282 sq.

[A] NIHIL RECUSANDVM, QVOD DONATVR 2954

440 Si quando dices nullum esse recusandum munus, quodcunque offertur, aut arripiendam esse, quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud ex eodem libro:

Οὐ γὰρ καλὸν ἀνήνασθαι δόσιν ἐστίν, id est
Donum reicere haudquaquam decet.

[A] ADMINICVLA VITAE 2955

445 Omnia, quae ad vitae pertinent commoditatem, non ineleganter indicare licebit hoc carmine ex Odysseae τ:

Οἷσιν τ' εὖ ζῶουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται, id est
E quibus et viuunt recte ditesque vocantur.

[A] QVI PER SE SVFFICIT 2956

450 Qui negabit sibi opus esse opera aliena, se satis idoneum ad rem peragendam, conueniet illud ex Odysseae υ:

Εἰσὶ μοι ὀφθαλμοὶ τε καὶ οὐατα καὶ πόδες ἄμφω,
Καὶ νόος ἐν στήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀεικῆς, id est
Sunt oculi mihi, sunt aures, geminique pedes sunt,
455 *Insita pectoribus mens est neque stulta nec excors.*

[A] NOVIT MALA ET BONA 2957

In eum, qui per aetatem vsumque rerum iam delectum habere potest fugiendorum atque expetendorum, congruet illud ex eodem libro:

Δὴ γὰρ νοέω καὶ οἶδα ἕκαστα
460 Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια, id est
Iamdudum siquidem nouique et sentio cuncta,
Quae bona quaeque mala.

Hac figura vel hodie nihil vulgatius.

[A] NEQVE ENIM IGNARI SVMVS 2958

465 Vbi quis ad tolerantiam praesentium incommodorum animat sese praeteritorum malorum recordatione, non infestiuiter vsurpabit illud ex eodem libro:

Τέτλαθι δὴ, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης, id est
Obdures, anime, et quondam grauiora tulisti.

Id aemulans Vergilius:

- 470 *O passi grauiora, dabit deus his quoque finem.
Durate et vosmet rebus seruate secundis.*

Consimiliter Horatius in Odis:

*O fortes maioraque passi
Mecum saepe viri.*

- 475 [A] DANDA VENIA LAPSO 2959

Qui dicet aliquando dandam veniam, si quid erratum sit per incuriam, neque enim hominis esse, vt semper exactam praestet diligentiam, vsurpabit illud ex Odyssaeae τ:

- 480 *Ἄλλ' οὐ γάρ πως ἔστιν αὐπνοὺς ἔμμεναι αἰὲν
Ἀνθρώπους, id est
Haud quaquam fieri potis est, vt peruigil vsque
Mortalis duret.*

- [A] NON QVIDVIS CONTINGET QVOD OPTARIS 2960

- 485 Qui negabit omnia contingere homini, quae sperarit animoque conceperit, accommodabit illud ex eodem libro:

*Ἦ τοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
Γίγνοντ', οὐδὲ τε πάντα τελείεται ἀνθρώποισι, id est*

451 Odyssaeae F-I: Iliados A-E.

458 congruet E-I: in eum congruet A-D;
eodem libro F-I: Odyssaeae Y A-E.

463 vulgatus D-I: vulgarius A-C.

467 Τέτλαθι *scripsimus*: Τέθλαθι A-I; δὲ G-I:
om. A-F.

477 exactam B-I: exactum A.

479 αὐπνοὺς B-I: αὐπνους A.

2954

441 *Od.* XVIII, 287.

2955

446 *Od.* XIX, 79.

2956

451 *Od.* XX, 365 sq.

2957

458 *Od.* XX, 309 sq. (ἦδη γάρ).

463 *vel hodie* Suringar 152, p. 278 zitiert aus Tappius (1539) „Er kan guot und boess beyde wol“, aus Servilius (1545) „Hy weet goet ende quaet“.

2958

464 Titel nach Verg. *Aen.* I, 198: „Neque enim ignari sumus ante malorum.“

466 *Od.* XX, 18. Die Übersetzung folgt Ov.

Trist. V, 11; 7: „Perfer et obdura, multo grauiora tulisti.“

469 Verg. *Aen.* I, 199 und 207. Macr. *Sat.* V, 11, 5 sq. verweist für *Aen.* I, 198 sqq. auf das Vorbild Hom. *Od.* XII, 208 sqq. Die von Er. bemerkte Parallele ist weder von Macrobius noch von Servius verzeichnet.

472 Hor. *Carm.* I, 7, 30 sq. (peioraque: *maioraque* als Interlinearglosse in der Strassburger Ausgabe 1498). Porphyrio zur Stelle verweist auf die Vergilparallele.

2959

478 *Od.* XIX, 591.

2960

485 *Od.* XIX, 560 sq. (οὐδέ τι).

*Friuola scilicet existunt et inania quaedam
Somnia, nec quodcunque vides, sic euenit omne.*

490 Atque hoc in loco subiungit pulcherrimum illud de duabus somniorum portis figmentum, quod in sexto Vergilius retulit.

LB 943 [A] GAVDIVM DOLORI IVNCTVM 2961

Cum pariter accidit, quod et gaudeamus et doleamus, quod genus, si cui parentes opulenti vita decesserint, partim excruciatum morte suorum, partim
495 gaudet haereditatis obuentu atque accessione libertatis, conueniet illud ex eodem libro:

Τὴν δ' ἅμα χάριμα καὶ ἄλγος ἔλε φρένα, id est
Laetitia huic moerorque simul praecordia cepit.

[A] MALA SENIVM ACCFIERANT 2962

500 Qui dicet senectam non esse metiendam annis, propterea quod ii, qui se multis laboribus curisque discruciant, ante diem consenescent, vsurpabit illud ex eodem libro:

Αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι, id est
Quippe repente homines curisque malisque senescunt.

505 [A] VITA MORTALIVM BREVIS 2963

Qui monebit dandam operam, vt apud posteros honestae vitae memoriam relinquamus, quae perpetuo viuat, nam hanc vitam angustis circumscrip-
tam esse terminis, accommodabit illud ex eodem libro:

Ἄνθρωποι δὲ μινυθᾶδιοι τελέθουσι, id est
510 *Ast hominis breuibus spaciis constringitur aeuum.*

[A] VERISIMILITER MENTIENS 2964

In eum, qui falsum perinde quasi verum sit narret, quadrabit illud ex eodem libro:

Ἴσχε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια, id est
515 *Plurima narrabat figmenta simillima veris.*

Dictum de Vlysse. Notatur et apud Platonem, quod Homerus Vlysem induxerit mendacem, Achillem contra veracem.

[A]

SIBI MALVM REPPERIT

2965

In eum, qui suo laeditur inuento, quadrabit illud ex Odysseae φ:

- 520 Οἷ τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὔρετο οἴνοβαρείων, id est
Qui sibi perniciem vel primum repperit ipse
Vino victus.

Dictum de Eurytione, qui primus inuenit vsum vini, peremptus a Lapithis.

[A]

QVI CONTINET ARCANVM

2966

- 525 In eum, qui caelat arcanum sibi commissum neque cuiquam effutit, quadrabit illud in Odysseae φ:

Τῆ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος, id est
Huic pennis dicta carebant.

Hoc est: Haud longius auolabant.

530 [A]

REM NOVAM AGGREDIOR

2967

Si quando significabis te rem arduam ac nouam moliturum et aliis adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odysseae χ:

- Νῦν αὖτε σκοπὸν ἄλλον, ὃν οὔπω τις βάλεν ἀνήρ,
 Εἴσομαι, αἶ κε τύχοιμι, id est
 535 *Nunc alium tentabo scopum, si attingere possim,*
Quem nondum quisquam tetigit.

Verba sunt Vlyssis iam parantis occidere procos.

514 ὁμοῖα D–I: ὁμοῖον A, ὁμοῖον B C.

518 repperit B–I: reperit A, corr. s.

523 Eurytione G–I: eo A–F; Lapithis G–I:

Centauris A–F.

526 illud F–I: illud non semel positum A–E.

528 carebant G–I: vacabant A–F.

491 Verg. *Aen.* VI, 893 sqq. nach Hom. *Od.*XIX, 562 sqq. Serv. *Comm. Aen.* ad loc.:

„Est autem in hoc loco Homerum secutus.“

2961

496 *Od.* XIX, 471.

2962

502 *Od.* XIX, 360.

2963

508 *Od.* XIX, 328.

2964

512–513 *Od.* XIX, 203 (ὁμοῖα).516 Plat. *Hipp. min.* 365 b.

2965

519 *Od.* XXI, 304.523 *qui primus ... vini* Cf. supra l. 519 *qui suo laeditur inuento*. Er. liest irrthümlicherweise aus dem zitierten Vers (κακὸν εὔρετο) heraus, dass der Kentaur den Weingenuss erfunden habe.

2966

526 *Od.* XXI, 386.

2967

532 *Od.* XXII, 6.

[A]

BENEFACTORVM MEMORIA

2968

540 Vbi quid boni contigit alicui propter veterum benefactorum memoriam, quadrabit illud ex eodem libro:

‘Ὡς κακοεργίης εὐεργεσίη μέγ’ ἀμείνων, id est
Officio fungi multo ac delinquere praestat.

[A]

MORTVIS NON CONVICIANDVM

2969

545 Victo non insultandum nec in mortuum vltra congerenda conuicia, quanquam iure sit occisus. Huic suffragatur Homerus in eodem libro:

Οὐχ ὅσῳ καταμένοισιν ἐπ’ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, id est
Haud fas est super occisis iactare te ipsum.

Vlysses ita de procis extinctis.

[A]

FOCVS LVCVLENTVS IN AEDIBVS

2970

550 Primum domus ornamentum est, vt luceat focus; proinde qui in aedes immigrant nouas aut in diuersorium ingrediuntur, ante omnia iubent ignem incendi. Quod ex Homeri χ sumptum videtur, apud quem Vlysses:

Πῦρ νῦν μοι πρόωτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω, id est
Nunc ante omnia mi luceat in aedibus ignis.

555 [B] Item illud celebratum:

LB 944 Αἶθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ιδέσθαι, id est
Scilicet accenso domus est ornatior igni.

560 Quo quidem versiculo videtur impendio delectatus Plutarchus, adeo subinde vsurpat et in varios detorquet vsus: in commentario De virtute et vitio refert ad opes, potentiam, gloriam, quae tum fiunt iucundiora, si adsit animus a molestia liber; rursus in libello, quem Amatorium inscripsit, detorquet ad amantis animum longe splendidiorum, si calor amoris eum inflammavit.

[A]

QVI IVRE PERIERVNT

2971

In eos, qui suo merito pereunt, conueniet illud ex eodem libro:

565 Τούσδε δὲ μοῖρ’ ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ἔργα, id est
Hos fatum et malefacta neci exitioque dederunt.

Dictum de procis.

[A]

INEXORABILIS

2972

In durum et inexorabilem competet illud ex Odysseae ψ:

570 Σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη, ἐστὶ λίθοιο, id est
At tibi perpetuo cor saxo durius omni est.

Ita Telemachus ad matrem.

[A]

RECIPERE ANIMVM

2973

575 Vbi quis re subitaria consternatus postea recipit sese, conueniet illud ex
 Odysseae ω:

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, id est
Vt respirauit rediitque in pectora sensus.

[A]

SENVVM PRVDENTIA

2974

580 De senibus quidem, attamen ob rerum peritiam non inidoneis ad negotium
 aliquod conficiendum, apte dicitur illud ex eodem libro:

Καὶ πολλοὶ περ' ἐόντες ἀναγκαῖοι πολεμισταί, id est
Aetas cana quidem, sed non inidonea bello.

[B]

IMPERATOR BONVS ET IDEM ROBVS TVS MILES

2975

585 Refert Plutarchus in commentario De fortuna Alexandri, si modo is liber illius
 est: Cum in conuiuio propositum esset, quinam inter versus Homericos

539 contigit D-I: contingit A-C.

546 Οὐχ Ἄ-H: Οὐχ I.

550-551 aedes ... nouas C-I: domum ...
nouam A B.

552 Homeri χ F-I: Homero A-E.

555 Item H I: Idem B-G; celebratum G-I:
eiusdem B-F.

572 Telemachus B-I: Telamachus A, corr. s.

573 Recipere D-I: Recipe A-C.

580 conficiendum G-I: conficiendum A-F.

2968540 *Od.* XXII, 374.**2969**545 *Od.* XXII, 412.**2970**552 *Od.* XXII, 491.555 *illud celebratum Certamen Homeri et Hesio-
di* 284.558 *Plut. Mor.* 100 d und 762 d.**2971**564 *Od.* XXII, 413.**2972**569 *Od.* XXIII, 103.**2973**575 *Od.* XXIV, 349.**2974** Cf. *Adag.* 2866.580 *Od.* XXIV, 499.582 *inidonea* Cf. supra I. 579 *inidoneis*. Das
Wort ist antik nicht belegt. Nach Lewis-
Short findet sich „inidonee“ als falsche
Lesart für „idonee“ bei *Apul. Met.* IV, 28.
Die von uns kontrollierten Ausgaben aus
Er.' Zeit bieten jedoch durchwegs „idonee“
resp. „idoneae“.**2975** Ein Nachtrag von 1515 zu den
Homerica, aus Plutarch.584 *Plut. Mor.* 331 c.

maxime probandus videretur, aliis alios praeferentibus Alexander huic carmini palmam tribuit, [F] quod extat Iliados γ:

[B] Ἀμφοτέρων, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής, id est
Dux bonus ac miles praepollens viribus idem.

590 Nam hoc et Agamemnonis laudem expressit et Alexandri virtutem est vaticinatus. Quanquam mea quidem sententia non magnum habet momentum in principe corporis robur, plurimum autem consilium et prudentia. Proinde grauiter Timotheus, cum rhetores Charetem quendam efferrent laudibus, iuuenem corporis viribus insignem, censerentque eiusmodi belli ducem Atheniensibus esse quaerendum: 'Haudquaquam', inquit, 'nam istiusmodi quidem optarim, qui culcitrans et stragulas sit exercitui deportaturus; at ducem velim, qui a fronte pariter atque a tergo sit oculatus et quem a perpendendo, quid vile factu sit, nulla impediatur animi perturbatio.'

595

[A] CAPRAM COELESTEM ORIENTEM CONSPEXERVNT 2976

600 Αἴγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἑθεάσαντο, id est *Capram coelestem exorientem aspexerunt*. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter eque animi sententia succederent: propterea quod antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem et ob id in syderum relatam numerum conspexissent, quicquid votis conciperent, eius compotes futuros. Qua de re latius dictum est in adagio Ἀμαλθείας κέρας. Hoc autem extat in Plutarchi collectaneis. [F] Idem in libello De poetis audiendis: Εὐδαίμων πολύαγρος οὐράνιον αἴγα πλουτοφόρον τρέφων, id est *Felix multorum agrorum possessor, coelestem capram opum largitricem alens*. [G] Quanquam apud Athenaeum libro nono Antiphanes opinor commemorat capram coelestem inter animantia apta mensis: Τράγος ὑλιβάτας, αἰξὶ οὐρανία, κριδὸς τομίας, id est *Hircus sylvester, capra coelestis, aries castratus*.

605

610

LB 945 [A] CAPRA AD FESTVM 2977

Αἰξ εἰς τὴν ἑορτήν, id est *Capra ad festum*. Dicitur solitum, vbi quis in tempore ad negocium aliquod accederet, [B] aut vbi quis commode in suam perniciem offert sese. [A] Nam in festis, maxime Bacchi, capram immolabant. Refertur in iisdem commentariolis.

615

[A] MOX SCIEMVS MELIVS VATE 2978

Τάχ' εἰσόμειθα μάντεων ὑπέρτερον, id est
Mox melius ipso vate rem cognorimus.

620 Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimen-

to reprehendere tentarent. Nihil enim experimento certius. In iisdem extat Plutarchi collectaneis. [D] Sumptum autem ex Sophoclis Antigona. [G] At Titus Livius belli Punici secundi libro secundo *euentum* appellat *stultorum magistrum*.

625 [A]

TINCTURA CYZICENA

2979

Βάμμα Κυζικηνόν, id est *Tinctura Cyzicena*, dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebaturque in eos, qui metu quippiam indecore facerent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis et molliciei. Recensetur in iisdem collectaneis. [G] Meminit et Hesychius, addens Cyzicenos ob molliciem
630 notatos, quod Iones essent. Eadem fere Aristophanis interpres. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrrenorum praedationibus. [F] Extat apud Aristophanem in Pace:

Ἄν δέ που δέη μάχεσθ' ἔχοντα τὴν φοινικίδα,
Τηνικαῦτ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα Κυζικηνικόν, id est

598 factu F-I: facto B-E.

601 eque animi B-I: ex animique A.

606 πολύαγρος G-I: πολίαγρος F.

587 Il. III, 179.

593-598 *Timotheus* ... *perturbatio* Nach Plut. *Mor.* 788 de; dasselbe in verkürzter Form *Mor.* 187 c, danach Er. *Apophth.* V, Alcibiades etc. 25, LB IV, 249 B.

2976 Von hier an bis *Adag.* 2984 (ohne 2982), ferner *Adag.* 2996 und 2997, folgt die Fortsetzung der am Ende der VII. Centurie begonnenen und durch die Homericam unterbrochenen Reihe aus den von Er. mit Vorbehalt als Plutarch bezeichneten Sammlungen (cf. zu *Adag.* 2683). Die Reihenfolge entspricht der Stellung in den Sammlungen des Codex Laurentianus 80, 13.

600 Laur. coll. III, 27 Jungbl., p. 417 (αἶγα πρὸς τὴν ... ἐθεάσατο). Dasselbe Zenob. Ald. col. 10. Cf. Zenob. 1, 26 (αἶξ οὐρανία).

601-604 *Hoc dici solitum* ... *futuros* Nach „Plutarch“.

605 *Adag.* 502.605-606 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit.

606 *Idem* Plut. *Mor.* 27 c (Πολίαγρος, Eigenname, so richtig Er. 1526 aus Ald. 1509: πολίαγρος 1528 nach der falschen Übersetzung *multorum agrorum possessor*).

608 Antiphanes fr. 133,3 K. bei Athen. IX, 402 e (ὕλιβάτης Kaibel: ὕλιβάτας Ald. 1514).

2977

613 Laur. coll. III, 28 Jungbl., p. 417. Dassel-

618 εἰσόμεσθα A-H: εἰσόμεθα I.

625 Cyzicena D-I: Cyzenica A, Cyzicena s B C.

be Zenob. Ald. col. 10.

613-614 *Dici solitum* ... *accederet* Nach „Plutarch“.615-616 in *iisdem commentariolis* Laur. loc. cit. 2978

618 Laur. coll. III, 60 Jungbl., p. 419.

620-621 *Ad eum modum* ... *tentarent* Nach „Plutarch“.621-622 in *iisdem* ... *collectaneis* Laur. loc. cit.622 Soph. *Ant.* 631.623 Fabius Maximus bei Liv. XXII, 39, 10. Cf. *Adag.* 31 (Malo accepto stultus sapit).

2979

626 Laur. coll. III, 76 Jungbl., p. 420. Ebenso Zenob. Ald. col. 52.

626-627 *dedecus* ... *Atticos* Zenob. Ald. loc. cit. nach Suid. βάμμα 89.627-628 *Dicebaturque* ... *molliciei* Nach „Plutarch“.628-629 in *iisdem collectaneis* Laur. loc. cit.

629 Hesych. βάμμα Κυζικηνόν 182.

630 Schol. Aristoph. *Pax* 1176.

Steph. Byz. Κύζικος. Der lückenhaft überlieferte Text wurde von Er. offensichtlich falsch verstanden. Er lautet: Κέρηται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἀπλῶ ἀντὶ κτητικοῦ. ὡς τὸ Τυρσηνοὶ ἀντὶ τοῦ Τυρρηνικοῦ, οἱ χαλεποὶ, διὰ τὸ ληστρικοὺς εἶναι τοὺς Τυρρηνοὺς.

632 Aristoph. *Pax* 1175 sq.

- 635 *Sicubi pugnare oportet atque ferre palmulam,
Ipsam eum tinctura tingit mox ibi Cyzicena.*

[G] Solent autem tincturae insignes a locis habere cognomen. Nec enim vbiuis quilibet color tingitur feliciter. Simili modo dictum est *ἔμβαμμα Συρακούσιον* et *βάμμα Σαρδανικόν*. Id paroemia detorsit ad mores hominum. Est enim aestimatio rumorque consequens hominum vitam velut tinctura quaedam. Vnde carbone notari dicuntur, qui damnantur. Et notum est illud Ennium apud A. Gellium: *Quae tincta malis aut quae bona dicto*. Aristophanis interpres indicat Lacedaemonios phoeniceis tunicis vti solitos, ne ab hoste sentirentur vulnerati, ob coloris similitudinem. At ignaui mollesque pallescunt. Addam quod est apud Herodotum libro quarto: Quum Aethiopum rex conspexisset a rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tincturae rationem. Eam quum ab Ichthyophagis didicisset, *δολεροὺς μὲν ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ εἴματα*, id est *non solum ait homines esse subdolos, sed et vestes illorum esse dolosas*.

- 650 [A] SERVABIS BOVEM 2980

Βουκολήσεις, id est *Bubulcus eris*. Hoc velut aenigmate significabant exilium. Siquidem qui per ostracismum eiiciebantur, in Argiuam exulatum ibant. Ac illic bos erat aeneus insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis. {[F] Hesychius testatur exitisse in Phasmate Menandri.}

- 655 [A] EMBARVS SVM 2981

Ἐμβαρός εἰμι, id est *Embarus sum*. Dictum est olim de insano deliroque. Referunt autem adagionem ad huiusmodi fabulam: Olim Piraeus insula fuit, id quod ipsum etiam vocabulum adhuc indicat, *περᾶν* enim transmittere est. In ea cum Munychus principatum obtineret, templum instituit Dianae, cui cognomen additum Munychiae. Dein cum vsus Dianae sacer quidam ibi repertus et ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit. Itum est ad oraculum quaesitumque malo remedium. Respondit deus, ita demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Vnus autem repertus est Embarus vsque adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege, vt sacerdotium in posteros suos traduceretur. Itaque puellam solenni ritu ornatam sacrificauit. Fit et huius mentio in Plutarchi collectaneis. <[F] Hesychius testatur exitisse in Phasmate Menandri.>

- [A] COLOPHONIVM SVFFRAGIVM 2982

1.B 946 670 *Κολοφωνία ψῆφος*, id est *Colophonium suffragium*. Vsurpatur in epistola quapiam Platonis ad Dionysium. Adagium est verbis magis quam re diuersum ab illo,

quod in secunda retulimus chiliade, Τὴν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν, id est *Colophonem addidit*. Adagionis originem explicant in hunc modum: Cum olim Colophonii

641 qui H I: quae G.

648 εἴματα *scripsimus* sec. Herodoti Aldinam, cf. *Adag.* 2060, l. 299: ἵματα G–I.

654 Hesychius ... Menandri *hinc transposuimus*

ad finem Adagii 2981, l. 666 sq.

665 suos B–I: illius A.

666–667 Hesychius ... Menandri *Vide supra ad. l. 654.*

635 *palmulam* „Schild“ verwendet Er. wohl stellvertretend für φοινικίδα „Soldatenrock“, sofern ihm die Bedeutung des Wortes klar war. Andernfalls wäre ein Missverständnis der Scholien zur Stelle (οἱ δὲ κόκκινα περιβλήματα) nicht ausgeschlossen.

638–639 *dictum* ... Σαρδανικόν Nach Hesych. loc. cit. (καὶ τὸ ἐμβαμμα: Συρακούσιοι) und βάμμα Σαρδανιακόν 183 (Σαρδανικόν in der Ausgabe Hagenau 1521).

641 *carbone notari dicuntur* Cf. *Adag.* 454.

641–642 Enn. *Ann.* 240 V.2 bei Gell. XII, 4 (überliefert ist „et cuncta malaque et bona dictu“: Er. folgt dem abweichenden Wortlaut der Ausgabe Ven. 1509; der gleiche Text, aber „dictu“ in der Ald. 1519).

642 Schol. Aristoph. *Pax* 1173.

644 *ignavi* ... *palescunt* Cf. *Adag.* 189.

645 *apud Herodotum libro quarto* Hdt. III, 22, 1 (τοὺς ἀνθρώπους ... αὐτῶν τὰ εἴματα).

2980

651 Laur. coll. III, 79 Jungbl., p. 420.

652–653 *Siquidem* ... *magnitudine* Nach „Plutarch“.

652 in *Arginam* Laur. loc. cit. εἰς Ἀργιναν (vollständiger Text in Zenob. Athous, p. 384 Miller). *Arginam* ist wohl Konjekture für das unverständliche Ἀργιναν.

653 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit.

654 Der Zusatz von 1526 steht irrtümlich hier; er gehört zum folgenden Adagium.

2981

656 Laur. coll. IV, 5 Jungbl., p. 406 (ohne die Geschichte von Embaros).

Dictum ... *deliroque* Nach „Plutarch“ (ἐπὶ τῶν παραπαιόντων καὶ μαινομένων Laur. loc. cit.).

657–666 *Referunt* ... *sacrificavit* Zenob. Ald. col. 79 = Apost. 7, 10. In der von Er. verwendeten Fassung der Geschichte ist der Schluss durch Wortausfall verstümmelt. In der bei Suidas Ἐμβάρως εἰμι 937 vollständiger erhaltenen Fassung, die Er. anscheinend übersehen hat, opfert Embaros an Stelle der Tochter eine Ziege. Anstatt διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἔθυσεν steht bei

Suidas διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα αὐτὴν μὲν ἐκρυψεν ἐν τῷ αὐτῷ [verdorben aus ἀδύτῳ, cf. Eust. 331, 30], αἶγα δὲ ἐσθῆτι κοσμήσας ὡς τὴν θυγατέρα ἔθυσεν. Cf. Paus. Atticista ε 35 Erbse, *Attix. Lexika*, p. 177 sq., *App. prov.* 2, 54 und ähnlich Zenob. Athous I, 8 Miller. So erscheint Embaros, anders als bei Er., als der Kluge (νουνεχῆς. φρόνιμος Suid. loc. cit.).

664 *usque adeo demens* Zusatz von Er.

666 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit.

666–667 Hesych. ἔμβαρως 2284: Menandr. *Phasma* fr. 2 Körte = 502 Kock.

2982 *Collect.* 680 (Colophonium suffragium) und 608 (Colophonia contumelia).

669 Κολοφώνια ὑῆφος Rückübersetzung von *Colophonium suffragium*, womit *Collect.* 680 die nachfolgend erwähnte Stelle aus Plat. *Epist.* 3, 318 b τὸν κολοφῶνα ... ἐπέθηκας wörtlich nach der Übersetzung von Marsilius Ficinus wiedergegeben war: „Colophonium (vt aiunt) suffragium finemque gloriosissimum imposuisti.“

670 *verbis* ... *diuersum* Er. geht auch hier von der Übersetzung des Ficinus aus, nicht vom griechischen Text, der mit dem von Er. erwähnten *Adag.* 1245 (Colophonem addidit, τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν) wörtlich übereinstimmt und dort in den späteren Ausgaben auch zitiert wird.

671 Τὴν Κολοφῶνα An unserer Stelle setzt Er. den femininen Artikel, um damit die Stadt zu bezeichnen und nicht das Wort κολοφῶν „Gipfel“, „Schlussstein“, das der Ausdrucksweise, mindestens bei Plato, zu Grunde liegt. Beziehung auf die Stadt schon bei Strabo XIV, p. 643, von dem *Adag.* 1245 ausgeht, aber mit maskulinem Artikel.

672–681 *Cum olim* ... *Colophonii* Nach Zenob. Ald. col. 160 (= Suid. τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν 766) und Strab. loc. cit. In der unklaren Suidasstelle ist nur von der politischen Seite die Rede. Die militärische Überlegenheit entnimmt Er. der erwähnten Strabostelle.

domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit, vt aliquot ex illis mutatis sedibus ad Smyrnaeos demigrarent. Dein accidit, vt, cum bellum
 675 gererent Smyrnaei ac saepenumero victi discessissent, tandem adhibitis Colophoniiis, quos in ciuitatem receperant, extiterint superiores. Vnde institutum est, vt, quemadmodum Smyrnaei non vicerant in bello nisi Colophoniorum accessione, ita nec in suffragiis vincerent, nisi illorum calculum adiungerent. Proinde cum Ionii duodecim ciuitatibus imperarent, quarum vna Smyrna, in
 680 publicis consiliis, si quando Smyrnensium aequales fuissent calculi, pars ea vincebat, cui subscripsissent Colophonii illi, quorum opera vicerant in praelio. [F] Nec abhorrent ab his quae refert Iabenus scriptor Graecus: Duodecim Ioniae ciuitates conuenire solitas; id concilium Panionium dicebatur; in quo si forte calculis hinc atque hinc paribus nihil decerni poterat, accersebantur
 685 Colophonii, qui victoriam adferebant vtrique parti fuissent suffragati. [A] Itaque prouerbium quadrabit, cum significabimus iudicium aut suffragium alicuius plurimum in re quapiam valere. [F] Huius adagii nobis facta est mentio.

[A]

MIHI ISTA CVRAE FVTVRA SVNT ETC.

2983

690 Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις, id est
Curae ista mihi erunt ac puellis candidis.

Senarius ex oraculo ductus in popularem sermonem. Cum Brennus Gallicis copiis ingrueret in Delphos, Delphi consuluerunt oraculum, quid opus esset facto. Responsum est hoc quod modo retuli carmine. Paulo post visus Apollo
 695 cum duabus puellis, Pallade ac Diana. Nam et his fana sunt apud Delphos. Conuenit vti, si quando significabimus nihil esse periculi, negocium iis curae futurum, ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi collectaneis. [F] Cicero vertit Graecum carmen De diuinatione primo:

Ego prouidebo rem istam et albae virgines.

700 [A]

FESTVM MVLTAS HABENS

2984

Ἐορτὴ πολλὰς ἔχουσα, id est *Festum multas habens*, subaudiendum ‘molestias’ aut ‘occupationes’. Dictum in eos, qui magnas componerent sarcinas aliquo profecturi. Venustius erit, si deflectatur ad quosdam, qui nihil agunt quamuis exiguum nisi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita vt
 705 saepenumero tum se tum reliquos omnes defatigarint apparando, priusquam quicquam incipiant. Natum ab iis, qui festa solent adire. Nam iis mos multam supellectilem vna secum conuehere, vasa, vestes, sacra, panes atque id genus alia multa, ne quid deesset ad solennitatem pertinens. Extat in iisdem collectaneis.

710 [-A]

NIHIL ALIAE CIVITATES AD CROTONEM

2985

Μάταια τᾶλλα παρὰ Κρότωνα τᾶστεα, id est
Sunt reliqua prae Crotone friuola oppida.

715 Theocriti interpres meminit huius prouerbii. Licebit accommodare ad rem aut hominem vsque adeo praecellentem, vt reliqui cum hoc collati nihil esse videantur. [B] Natum fortassis est a pugilum Crotoniatarum excellentia, quorum erat Milo, de quo dictum est alias, nempe in prouerbio *Crotone salubrius*.

676 extiterint G-I: extitere A-F.

679 Ionii G-I: Colophonii A-F.

692-693 Brennus ... ingrueret F-I: barbari quidam copiis ingruerent A-E.

675-676 *ac saepe numero ... superiores* Er. scheint hier den Suidastext, wo berichtet wird, dass sich die Kolophonier Smyrnas bemächtigten, missverstanden zu haben: Εἰς πόλεμον δὲ ποτὲ τινα ἀπελθόντων Σμυρναίων τοὺς μὲν [ἐν Σμύρνῃ fehlt ed. Mediol. 1499] ὑπολειφθέντας Κολοφωνίους κρατῆσαι αὐτῆς. Für das Missverständnis war die Angabe Strabos loc. cit. massgebend, in schwierigen Kriegen hätten die Kolophonier, zur Hilfe beigezogen, oft den Ausschlag gegeben: Ἐκτῆσαντο δὲ ποτε καὶ ναυτικὴν ἀξιόλογον δύναμιν καὶ ἵππικὴν, ἐν ᾗ τοσοῦτον διέφερον τῶν ἄλλων, ὥστ' ὅπου ποτὲ ἐν τοῖς δυσκαταλύτοις πολέμοις τὸ ἱππικὸν τῶν Κολοφωνίων ἐπικουρήσειε, λύεσθαι τὸν πόλεμον.

679 *Ionii* Ersetzt 1528 (nach dem folgenden Zusatz von 1526) das ursprüngliche *Colophonii*. Die irrig, von Er. 1528 korrigierte Angabe, dass die Kolophonier 12 Städte beherrschten, beruht auf Suid. loc. cit., und zwar auf dem falschen Text der ed. Mediol. 1499 ὡς τοὺς Κολοφωνίους ἐκ τοῦτου δώδεκα [richtig δύο] πόλεις ἔχειν, τῆν τε Κολοφῶνα καὶ Σμύρναν.

682 *Iabenus scriptor Graecus* Was hier mitgeteilt wird, ist nichts anderes als der Suidasartikel τὸν κολοφῶνα ἐπίθεος 765. Fr.' Zitierweise zeigt aber, dass er 1526 nicht Suidas verwendete. Unter dem Namen *Iabenus* versteckt sich Georgius Lacapenus oder Lecapenus (1. Hälfte 14. Jh.), in dessen alphabetischer Grammatik der Artikel enthalten ist (gedruckt bei Chr. Fr. Matthaei, *Lectiones*

Mosquenses, II, Leipzig, 1779, p. 68) und zwar mit der richtigen Lesart Πανιώνιον (so auch Suid. ed. Mediol. 1499, während Adler nach der handschriftlichen Überlieferung Πάνιον druckt).

687 *Adag.* 1245 (*Colophonem* addidit).

2983

690 Laur. coll. IV, 20 Jungbl., p. 407. Cf. Zenob. Ald. col. 80 und *App. prov.* 2, 55.692 *Brennus* Βαρβάρων τινῶν Laur. loc. cit., so auch Er. *barbari quidam* in den ersten Ausgaben. *Brennus* übernimmt er aus Cic. *Div.* I, 81, gleichzeitig mit dem Zusatz von 1526. Der übrige Text bis *Delpbos* (l. 695) nach Laur. loc. cit.697 in *Plutarchi collectaneis* Laur. loc. cit.

Cic. loc. cit.

2984

701 Laur. coll. IV, 24 Jungbl., p. 407. Ebenso Zenob. Ald. col. 84. Cf. *App. prov.* 2, 76 mit der Lesart πολλά.702-703 *Dictum ... profecturi* Nach Laur. loc. cit.706-708 *Natum ab iis ... pertinens* Ebenfalls nach Laur. loc. cit. Für den Text verweist Jungblut auf Zenob. Athous I, 33 Miller, p. 352.708-709 in *iisdem collectaneis* Laur. loc. cit.

2985

713 Schol. Theocr. 4, 33 mit dem Stichwort παροιμία. Cf. *Mantiss. prov.* 2, 2.715 *Natum fortassis ... excellentia* Cf. Schol. Theocr. loc. cit.: διέφερε δὲ ἡ Κρότων ... εὐανδρίᾳ καὶ τῇ λοιπῇ εὐδαιμονίᾳ.716 *Adag.* 1343.

[A]

CANIS PANES SOMNIANS

2986

720 Sunt quibus prouerbiali figura dictum videatur illud apud Theocritum in Piscatoribus:

Καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις
 Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κήγών, id est
Siquidem omnis
Panes in somnis canis ariolatur, at ipse
 725 *Pisces.* |

LB 947 Sensus est vnicuique ea per somnum occurrere, quae impense desiderat quibusque magnopere deditus est. Aristoteles non solum homini, verum etiam caeteris animantibus somnia tribuit, etiamsi id in canibus est euentissimum, quippe quos audimus saepenumero dormientes venationem somniare, quae res
 730 haud difficile deprehenditur ex ratione latratus, quem aedunt sopiti. Proinde mihi rectius quadraturum videtur, si pro ἄρτως legatur ἀγρώς aut ἄγρας, id est *agros* aut *venationes*. Verum hoc tantum eruditus pensitandum proponimus, super hoc pronuntiaturis, vbi codicem emendatiorem erunt nacti. Nobis adhuc non contigit. Ex somniis autem qui ariolentur euentura, ne nostris quidem
 735 temporibus desunt, quanquam non probat Aristoteles.

[A]

CANIS

2987

Ἄιδεις ἔχων, id est *Canis*, reperio pro eo, quod est nugaris, ineptis, frustra loqueris. Est autem Atticae linguae figura, sicuti παίζεις ἔχων, [B] id est *ludis* siue *iocaris*. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantum vt aures
 740 deliniant voluptate mox peritura.

[A]

AETHIOPS NON ALBESCIT

2988

Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται, id est *Aethiops non candescit*. De iis dici solitum, qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim natiuum, id haud facile mutatur. Fertur Aesopicus apologus de quodam, qui empto Aethiopi, cum
 745 eum colorem arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectu, assidua lotura faciem diuexauit, ita vt morbum etiam adiungeret, colore nihilo, quam antea fuerat, meliore. [H] Fertur et epigramma Luciani nomine:

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἕσχεο τέχνης.
 750 Οὐ δύνασαι δυοφερὸν νύκτα καθηλιάσαι, id est
Abluis Aethiopem frustra; quin desinis artem?
Haud vnquam efficies, nox sit vt atra dies.

[A]

ANNAS CLIBANVM

2989

755 Ἄννας κριβανον, id est *Annas clibanum*, [B] subaudi 'repperit'. [A] Haud me fugit hoc alio loco relatum a nobis, verum quoniam toties alia nobis occurrit specie in prouerbiorum collectaneis, libuit admonere trifariam esse scripturam. Alibi lego, et quidem plerisque in locis, Ἄνθρωπος κριβανον, id est *Homo clibanum*. Quam equidem lectionem arbitror esse deprauatam. Nec obscurum, vnde deprauandi occasio, iis qui Graecas literas norunt. Alibi inuenio Ἄννος, vt vir fuisse videatur. In quibusdam offendo scriptum Ἄννας, vt mulieris [B] aut certe barbaricum [A] sit vocabulum. Clibanum autem accipio non hunc vulgatum - quid enim hoc admirandum aut nouum? -, sed testaceum illum, qui incluso pane ponitur in clibanis vulgaribus, in quibus panis aut etiam pisces aut carnes paulatim lento vapore decoquuntur.

765 [A]

ARCHILOCHVM TERIS

2990

Ἄρχιλοχον πατεῖς, id est *Archilochum teris* seu *calcas*, de maledico dicebatur.

718 somnians B-I: somnias A, corr. s.

722 ἰθὺς κηγών B-I: ἰθὺς γηγών A, corr. s.

724 somnis B-I: somniis A.

728 est A-E: om. F-I.

754 κριβανον B-I: κριβανος A; Annas clibanum B-I: Annae clibanus A; repperit B-G: reperit H I.

2986

719 Theocr. 21, 44 sq. (ἄρτον: ἄρτως 1508 aus Handschrift? Die Lesart erscheint 1515 in der Juntina und 1516 in der Editio Romana. Die Aldina 1495 hat ἄρτω).

727 Aristot. *Hist. an.* IV, 536 b 27.730-732 *Proinde ... venationes* Auch Gow (Cambridge, 1950) setzt zu dem überlieferten ἄρτον die Crux und erwägt zögernd ἄγραν, offenbar ohne Er.' Vorschläge zu kennen.735 Aristot. *Div.* 462 b 20.

2987

737 Zenob. Alb. col. 5 = Apost. 1, 32. Hesych. ἄδεις ἔχων 1766 (ἄδεις ἔσον [= ?] Latte ohne Begründung).

737-738 *nugaris ... loqueris* Μάτην λέγων ληρεῖς Apost. 1, 32, ähnlich Hesych.738 *Atricae linguae figura* So Schol. zu Aristoph. *Nub.* 509 (Ἴτι κυπτάζεις ἔχων): Περιτεύει τὸ ἔχων Ἄττικῶς. Cf. Schol. Theocr. 14, 8.παίζεις ἔχων Lucian. *Icar.* 24; Theocr. 14, 8. Cf. φλυαρεῖς ἔχων Plat. *Gorg.* 490 e, ἔχων φλυαρεῖς *Euthyd.* 295 c u.ä. (Liddell-Scott s.v. ἔχω B.IV.2).

2988

742 Zenob. Ald. col. 14 = Apost. 1, 68.

742-743 *De iis ... ingenium* Ἐπὶ τῶν ἀμεταβλήτων Zenob. Ald. und Apost. loc. cit.

744 Aesop. 274 Hausr.

747 Lucian. *Epigr.* 19 Jacobitz, *Anth. Pal.* XI, 428 = *Plan.* II^a 2, 1 f^o 21^v (δνοφερήν). Er. entnahm das Epigramm 1533 den *Selecta epigrammata Graeca*, Basel, 1529, p. 144 (cf. *Adag.* 2088, n.l. 775).

2989

754 Laur. coll. II, 26 Jungbl., p. 405 = Plut. *Prov. Alex.* 26 Crusius, p. 14. *App. prov.* 1, 31. An beiden Stellen κριβανος, so auch Er. 1508. Von 1515 an mit ἄνθρωπος κριβανον ausgeglichen.755 *alio loco* *Adag.* 975 (Annus clibanum). Cf. *Adag.* 1091 (LB II, 444 B).757 *Alibi* Zenob. Ald. col. 34, so auch Suid. ed. Mediol. für Ἄννος κριβανον 2570.758-759 *Nec obscurum ... norunt* Er. meint die bekannte Abbruiatur ἄνος für ἄνθρωπος.759 *Alibi* Schol. Aristoph. *Ach.* 86, danach Suid. loc. cit.761-762 *Clibanum ... vulgatum* „Ofen“, z.B. *Mt.* 6, 30.762-764 *testaceum ... decoquuntur* Cf. *Adag.* 2009 (Solidos e clibano boues).

2990

766 Suid. Ἄρχιλοχος 4112 (ἐπὶ τῶν κακηγῶρων καὶ λοιδῶρων). Cf. Diogen. 2, 95, wo Er. aber wie Apost. 4, 2 Ἄρχιλόχου πατρις las, wie aus *Adag.* 1158 hervorgeht (infra l. 771).

Πατεῖν autem dictum est, vel quod maledicus assiduus videatur in euoluendis
 LB 948 huius poetae carminibus vel quod huius vestigiis ingrediatur. [F] De
 Archilocho testatur et Horatius:

770 *Archilochum proprio rabies armauit iambo.*

[A] Equidem suspicor hoc idem esse cum illo, quod alibi posuimus, Ἀρχιλό-
 χου πατρίς, id est *Archilochi patria*, deprauata voce πατεῖς in πατρίς.

[A]

CVLICEM COLANT

2991

775 Pleraque sunt in Euangelicis literis a vulgo sumpta. Nec id indignum Christo,
 quin potius vel maxime congruebat, vt, quemadmodum assumpto corpore
 velut vnus quilibet e nobis esse voluit, ita sermonibus quam maxime
 familiaribus vteretur, quo nostram humilitatem modis omnibus ad suam
 proucheret sublimitatem. Verum ex iis non mihi visum fuit plura referre,
 partim quod quidam poeticis nimium addicti studiis parum venustum existi-
 780 mant, quicquid sacras literas redoluerit, partim quod ea viderem cuique satis
 exposita esse; maxime vero, quod verebar, ne quis homo pius existimaret me
 diuinis literis iniuriam facere, si eas huic operi subinde miscuissem, in quo non
 modo gentilia pleraque, verum etiam quaedam non admodum munda. Quae
 nos et inuiti et quam potuimus tectissime retulimus, nec ea quidem omnia.
 785 Caeterum ex Euangelicis adagiis illud non possum praetermittere, quod in
 superstitiosos quosdam et praepostere meticulosos dictum est praeceptorum
 nostro Iesu, qui vel ignorantes vel dissimulantes, quibus in rebus sita sit vera
 Christianaque pietas, in nugis sibi nunc placent, nunc trepidant, in maximis
 securi, pleni Iudaicarum superstitionum, vera charitate vacui. In hos Christus
 790 verae pietatis doctor [G] Matth. xxiii. [A] huiusmodi torquet prouerbum: Τὸν
 κώνωπα διωλίζουσι τὴν κάμηλον καταπίνοντες, id est *Culicem liquant camelum
 glutientes*. Ab hoc non abhorret, quod alibi retulimus, Ἀνδριάντα γαργαλίζειν,
 [B] id est *Statuam colare gutture*.

[A]

NON INEST ILLI DENTALE

2992

795 Γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, id est *Gyes non inest illi*. Dicitur consuevit de quopiam ad
 rem aliquam parum vtili. Sumpta est metaphora ab aratro, cuius pars est γύης.
 Eam nonnulli putant esse, quam Latini dentale vocant. Ea quoniam praecipua
 videtur, si absit, nihil confici potest aratro. [B] In hunc sensum vsurpauit
 Hesiodus πρίνου δὲ γύης. Caeterum Homerus pro iugere posuit, agrum
 800 πεντηκοντόγυον appellans, id est *centum iugerum*.

[A]

GIGANTVM ARROGANTIA

2993

Γιγάντων ἀπόνεια, id est *Gigantum amentia*. Dicebatur, vbi quis viribus suis

805 fretus temere nulloque consilio res non tentandas moliretur. Tractum a notissima Gigantum fabula. Prouerbiū admonet inauspicato cedere, quae-
cunque citra consilium aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius et
aequum per vim instituuntur. Horatius in Odis:

*Vis consili expers mole ruit sua,
Vim temperatam dii quoque prouebunt
In maius.*

810 Homerus item Iliados ψ elegantissima sententia demonstrat in omni negotio
nimio plus habere momenti rationem consiliumque quam corporis vires:

*Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἤε βίηφι,
Μήτι δ' αὔτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ*

767 dictum est *F-I*: dixit *A-E*; maledicus
F-I: *om.* *A-E*; videatur *F-I*: esset *A-E*.
768 ingrediatur *F*: ingredretur *A-E*, ingre-
ditur *G-I*.

772 Archilochi *B-I*: *om.* *A*, *add. s.*

791 κώνωπα *A-C*: κώνωπα *D-I*.

792 glutientes *s B-I*: deglutientes *A*.

808 temperatam *B-I*: temperant *A*, *corr. s.*

767-768 Πατεῖν ... *ingrediatur* Die Erklärung
stützt sich auf Αἴσωπον πεπάρτηκας Aristoph.
Av. 471, cf. *Adag.* 1527 (Ne Aesopum
quidem triuisti), und τὸν Τεισίαν πεπάρτηκας
Plat. *Phaedr.* 273 a. Die entsprechende
Form Ἀρχιλόχον πεπάρτηκας, aber mit fal-
scher Erklärung, bei Eust. 1684, 47.

769 Hor. *Ars* 79.

771 *alibi Adag.* 1158.

2991

778-783 *Verum ex iis ... munda* Die Lücke, die
Er. dadurch offen liess, dass er nur wenige
Adagia aus der Bibel aufnahm, suchte Poly-
dorus Vergilius zu schliessen, indem er 1519
seinen *Adagiorum libellus* (zuerst erschienen
Venedig, 1498) neu bearbeitete und um ein
zweites Buch von 503 Adagia sacra erwei-
terte zum *Adagiorum opus, per autorem et
diligenter recognitum et magnifice locupletatum*,
Basel (Froben), 1521.

785-789 *Caeterum ... charitate vacui* Zu diesem
Grundgedanken von Er.' Theologie, die die
peinliche Erfüllung zeremonieller Gesetze
als blosser Äusserlichkeit ablehnt und als
Inbegriff christlicher Frömmigkeit die
„wahre Liebe“ fordert, cf. z.B. Er. *Moria*,
ASD IV, 3, p. 160, l. 529 sqq. und E.-
W. Kohls, *Die Theologie des Erasmus*, I, Ba-
sel, 1966, p. 143 sqq., bes. p. 149 sqq.

790 *Mf.* 23, 24: Ὀδηγοὶ τυφλοὶ οἱ διωλίζοντες
τὸν κώνωπα. τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.

792 *alibi Adag.* 2356.

2992

795 Suid. γύης 474. Cf. Apost. 5, 70 a.

795-796 *Dici consuevit ... γύης* Nach Suid. loc.
cit.

797 *Eam ... vocant Γύης* bezeichnet wie *dentale*
(Plin. *Nat.* XVIII, 171) den Pflugbaum, an
